



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Capvt Primvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261



HYPOTHESIS SIVE ARGUMENTVM CAPITIS

TRIPARTITO distribuitur. In prima parte, commendatur uniuersum opus. In secunda, apponitur salutatio, ubi inseritur honorifica Christi mentio. In tertia, declaratur totius libri quasi subiectum, id est Ecclesie persecutio, & securitas sub typo septem Candelabrorum aureorum, in quorum medio apparuit similis filio hominis Diuinam maiestatem praeferens.

CAPVT PRIMVM.



APOCALYPSIS Iesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere seruis suis, quae oportet fieri cito: & significauit, mittens per Angelum suum, seruo suo Ioanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quaecumque vidit. Beatus qui legit, & audit verba prophetiae huius, & seruat ea, quae in ea scripta sunt: tempus enim prope est. Ioannes septem Ecclesiis, quae sunt in Asia, Gratia vobis, & pax ab eo, qui est, qui erat, & qui venturus est, & a septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt, & a Iesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terrae: qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri suo, ipsi gloria & imperium in saecula saeculorum: Amen. Ecce, venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent se super eum omnes tribus terrae: etiam Amen. Ego sum A, & O, principium, & finis, dicit Dominus Deus, qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens. Ego Ioannes, frater vester, & particeps in tribulatione, & regno, & patientia.

A. iij.

cia in Christo Iesu, fui in insula, quæ appellatur Pathmos, propter
 verbum Dei, & testimonium Iesu, fui in spiritu in dominica die: &
 audiui post me vocem magnam, tanquam tubæ dicentis: Quod vi-
 des, scribe in libro: & mitte septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia, Ephe-
 so, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphia, &
 Laodiceæ. Et conuersus sum, vt viderem vocem, quæ loquebatur
 mecum. Et conuersus, vidi septem candelabra aurea, & in medio se-
 ptem candelabrorum aureorum similem filio hominis, vestitum po-
 dere, & præcinctum ad mamillas zona aurea: caput autem eius, & ca-
 pilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix: oculi eius
 tanquam flamma ignis: & pedes eius similes aurichalco, sicut in ca-
 mino ardenti: & vox illius tanquam vox aquarum multarum: & ha-
 bebat in dextera sua stellas septem, & de ore eius gladius vtraque
 parte acutus exibat: & facies eius sicut Sol læcet in virtute sua. Et
 cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. Et posuit
 dexteram suam super me dicens: Noli timere: ego sum primus & no-
 uissimus: & viuus, & fui mortuus, & ecce, sum viuens in sæcula sæcu-
 lorum, & habeo claves mortis, & inferni. Scribe ergo quæ vidisti, &
 quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc. Sacramentum septem stella-
 rum, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea, septem
 stelle, Angeli sunt septem Ecclesiarum: & candelabra septem, septem
 Ecclesiæ sunt.

COMMEN-





COMMENTARIUM PRIMUM

EXEGETICVM DE EXPLANATIONE BREFATIONIS IOANNIS.

Explanatio illorum verborum: Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere seruis suis.

SECTIO PRIMA.



MORE prophetico Ioannes à Diuina reuelatione vaticinia sua grauissimis verbis aspiciatur, cùm ait: *Apocalypsis, seu reuelatio Iesu Christi, quam dedit illi Deus.* Sic namque ferè Prophetæ ad excitandam attentionem, cõmendandamque suorum operum auctoritatem præfari solent, ad ea se, quæ mandare literis instituunt, non rationis humanæ præsidij, & naturalis contemplationis viribus, sed Diuino planè instinctu, & assatu peruenisse, atque ad e-

illa omnia, non vt hominum inuenta, dogmatæque philosophica, sed tamquam Diuina placita, atque decreta accipi oportere. Est nihilominus inter illos in loquendi modo discrimin: quidam enim Visionem suam, alij Visiones Dei, alij Librum visionis appellant, alij factum ad se verbum Domini, quod communius est, in vestibulo statim suorum operũ enunciant. Sed nemo sanè grandis, nemo sublimiùs, quàm Ioannes, præfatus est, qui opus hoc, non Apocalypsim suam, sed Apocalypsim Iesu Christi nuncupauit: quantò enim Christus omnibus omninò Prophetis magis excellit, tantò est nobilius, atque præstatius opus aliquod reuelationem Iesu Christi, hoc est Iesu Christo factam, quàm visionem Esaiæ, hoc est Esaiæ ostensam, aut verbum Domini ad quempiam alium ex Prophetis factum appellare. Nam quod hoc loco Apocalypsis Iesu Christi non significet Apocalypsim, siue reuelationem à Christo factam Ioanni, quod aliquis fortasse putauerit, sed potius ad ipso Patre factam Christo, vt est communis sententia, ex verbis cõsequenibus exploratum est, cùm subiùgitur: *Quæ dedit illi Deus palam facere seruis suis.*

Nec verò mirum, si Ioannes illa scilicet mirabilis aquila, quam olim Ezechiel capite primo, cæteris animalibus cõnferre contempsit. Et facies, inquit, aquilæ desuper per ipsum quatuor, pennis librata sublimibus multò altius, quàm reliqui omnes Prophetæ sua vaticinia ordiatur: cùm etiam multò sublimiùs, quàm reliqui sic Evangelistæ, qui sapientiæ magis ordine excellere Prophetis, in Euangelio con-

Vaticinia non hominum inuenta, sed Dei placita.

Apocalypsis est reuelatio Christi facta, id est quæ præstantior cæteris vaticiniis.

Ezechiel. 1. Ioannes ut Euangelistæ eminentior.

VIE GAS
IN
APOCALYPTICA

scribendo sese leuissimis alis extulerit, & ab ipsius Diuini verbi in altissimo, & peniussimo Patris sinu residentis æternitate, Diuinitatēque Euangelium inchoauerit: *In principid erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Quid porro non sublime, non excellens ab illius ore prodire potuisset, qui in ipso Ictu pectore, in quo erant omnes thesauri Diuinæ sapientie reconditi, in vltima illa cœna recubuit, idēque altissimam Diuino beneficio cognitionem hausit?

Petr. Dam. Tunc nimirum, vt Petri Damiani sermone 1. de excellentia Ioannis Euangelistæ verbis vtar, super eminentem Diuinæ scientiæ celsitudinem diuinitus illustrata mente concepit, cum in sacrosancto mysticæ cœnæ conuiuio supra pectus recubuit Redemptoris. Et quia in pectore IESV sunt omnes thesauri sapientie, & scientiæ reconditi, ex illo cœlesti gazophylacio supernam traxit, vnde nostræ paupertatis inopiam copiosa liberalitate ditauit. Ex illo, inquam, nobis arario diuitiarum copias attulit, & in cōmunem totius mundi salutem bene prodigus erogauit. Imò super fontem perennis vitæ recubuit, vt ipse tunc semper manantia fluuenta Diuinæ doctrinæ hauriret, & eadem nobis postmodum præfixo certi temporis articulo propinaret: magnus videlicet paradisi fluiuius, quæ ex principali sui fontis origine profluens, & vberiori cœlestium charismatum inundatione procedens squallentia deferta humanarum mentium irrigat, & ad proferenda bonorum operum tãquam nouarum frugum germina, vberissima fertilitate fecundat.

III. Suboritur tamen hoc loco illa dubitatio, quo sensu Ioannes hoc opus Apocalypsim, siue Reuelationem IESV Christi, hoc est, IESV Christo factam inscripserit? Cùm enim Christus & quatenus Deus ex omni æternitate, & quatenus homo à primo vsque sui conceptus articulo perfectissima rerum omnium cognitione fuerit cumulatus, planè videtur tot, tantorumque mysteriorum, quæ hoc volumine comprehenduntur, Apocalypsim, siue Reuelationem ei de nouo fieri minimè potuisse. Quæ quidem in re illud imprimis est pro certo statuendum non esse hoc loco sermonem de Christo, vt Deus est: sic enim nihil ei potuit reuelari. Quamquàm enim etiam, vt Deus est, scientiam rerum omnium à Patre habeat: ea tamen cognitio nullo pacto Apocalypsis, siue Reuelatio appellari potest, cùm reuelatio comparatione eius, cui sit, sit abscondita, & occultata: rei manifestatio: Christo autem secundum Diuinam naturam nihil occultum esse potuit, quippe cui, vt Deus est conuenit per naturam clara, atque euidentia tamen à Patre accepta cognitio. Vnde intelliges non secum coherere expositionem Bedæ, cum sentire videtur, hoc loco, cum dicitur, *Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit ei Deus*, de Christo, vt Deus est, haberi sermonem, Ioannemque more suo, quæ Christi sunt, ad Patrem referre. *Cuius*, inquit, *reuelationem mysterij Ioannes more suo filij gloriam ad Patrem referens Iesum Christum à Deo percepisse testatur.* Itaque videtur existimare, sicut Christus potestatem efficiendi miracula, doctrinamque suam Patri, à quo illam per æternam generationem acceperat, tribuere consueuerat, veluti cum dicebat Ioan. 14. *Pater in me manens ipse facit opera:* & cap. 7. *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me:* ita etiam nunc, Ioannem, cognitionem rerum earum, quas hoc volumine complectitur, dicere Christum à Patre accepisse, vt Diuinam Christi scientiam per originem à Patre acceptam indicaret. Rectè quidem ista dicerentur, si de Christi scientia, atque doctrina nomine scientiæ, doctrinæque sermo haberetur: verum cùm de Christi cognitione nomine reuelationis disseratur, quæ Christo, vt diximus, secundum naturam Diuinam fieri nequaquam potuit: (siquidem ei per naturam nihil occultum esse potuit, quod per reuelationem cognosceret) non est, cur ad rationem sem-

Ex Christi pectore quanta hauseri.
Ioan.

Pectus Christi cœlestis ararium.
Ioannes paradisi fluiuius.

Quomodo potuit reuelatio Christo fieri.

Quid sit reuelatio.

Bedæ.

Ioan. 14. 10.
Ioan. 7. 16.

piternæ à Patre originis confugiendus, cum nequaquam ista cohereant, sermonem haberi de Christo, ut Deus est, & tamen aliquid ei fuisse reuelatum. Itaque exploratum esse debet, sermonem esse de Christo, ut homo est, sic enim ei facta futurarum rerum ostensio, iure optimo Apocalypsis, siue reuelatio dici potuit, quippe cuius humano intellectui secundum naturam spectato aliquid occultum esse poterat, nisi diuino beneficio illustratus à Deo fuisset, & cumulatissima rerum omnium, quæ ad vniuersæ Ecclesiæ statum, administrationemque spectabant, cognitione perfectus: quanquam enim propter hypotaticam humanæ naturæ cum diuino supposito vniõnem, secundum quandam, eamque maximam conuenientiam, intellectui eius creato perfecta rerum cognitio debebatur, id tamen nihil officit, quod minus ei factæ rerum futurarum præfensionem, Apocalypsis, & reuelationis nomine censeretur debent, siquidem, ut diximus, eas non natura inuitas, sed diuino munere ac beneficio acceptas habuit, quibus de potentia Dei absoluta carere potuisset.

Apocalypsis
siue reuelatio
facta.
Christo, ut
homo est.

Eo igitur constituto sermonem esse de Christo, ut homo est, Lyranus ita nodum dissoluendum arbitratur, appellari hoc opus Apocalypsim, siue reuelationem Iesu Christi, non quod ipsimet Christo in propria persona facta fuerit, sed quia facta fuerit Angelo Christi personam sustinenti, Ioannemque alloquenti, qui quoniam habitu ipso, & rationeque, Christum in hoc opere, non semel representat, Christi quoque illustrem nomenclationem promeruerit: itaque Apocalypsis Iesu Christi perinde dictum esse, ac si diceretur, Apocalypsis Angeli personam Iesu Christi gerentis: itaque facile se expedit Lyranus cum Angelo Christi personam gerenti fieri de nouo potuerit multarum rerum ostensio, atque reuelatio. Verum hæc Lyrani responsio cum ipso contextu manifestè pugnat: etenim Ioannes Shilsum ab Angelo, qui sibi loquebatur perspicuis verbis distinguit, cum ait, *Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere seruis suis, qua oportet fieri cito, & significauit, mittens per Angelum suum, seruo suo Ioanni, ubi cernis, reuelationem primùm factam dici Iesu Christo, deinde à Christo missum Angelum, qui de ipsdem mysterijs Ioannem instrueret: ex quo illud exploratum relinquitur, Iesum Christum hoc loco pro ipsomet Christo, non pro Angelo Christum representante, accipiendum esse, ne vnum, & eundem Angelum, seipsum mittere, absurdè fateamur.*

III.
Nodum, quæ
pactio soluitur
Lyranus.

Responsio.
Lyrani non
probatur
clari.

Alij aliter contentionem dirimere conantur: nos illud dicendum putamus, rerum earum, quæ hoc opere continentur, Apocalypsim siue reuelationem dici à Ioanne factam Christo, non quod eo tempore, quo hæc Ioanni mysteria ostendebantur, tunc de nouo à Patre Christo manifesta fierent, nec enim Christi scientia atque cognitio, vllam vnquam, successu temporis, accessionem recepit: sed quoniam in ipso primo suæ Conceptionis articulo, ea omnia Christo ostensa reuelataque fuerint, quæ ipse postea suo tempore per Angelum Ioanni in Pathmo exulanti aperiret, ut sit sensus, *Apocalypsis Iesu Christi, hoc est, reuelatio facta Christo in primo suæ incarnationis momento, quam tunc illi dedit Deus, ut postea tempore, Palam faceret seruis suis, qua oportet fieri cito, mittens per Angelum suum seruo suo Ioanni: atque hæc est omnium facillima, & maximè germana horum verborum expositio.*

V.
Germana
expositio
clari.

Quando &
quare reue-
latio sic facta
Christo.

Porro quod subiungitur, *Quam dedit illi Deus palam facere seruis suis.* Rupertus, Haymo, Ambrosius, Ansbertus, & alij ita accipiunt, ut *Quam*, positum sit pro *Quæ*, vel secundum *Quam*, & Græcè cum dicitur *ἢ*, subaudiatur præpositio *ὅτι* quasi dictum sit *ἢ* hoc est, secundum quam; itaque ille sit sensus, *Apocalypsis*

VI.
Rupertus.
Haymo.
Ambrosius.
Ansbertus.

Iesu Christi, qua, vel secundum quam dedit illi Deus palam facere seruis suis, qua oportet fieri cito. Iuxta quam expositionem, verbum *Dedit*, non ad Apocalypsim referendum est, quam Deus dedisse Christo dicatur, sed pro voluit, aut concessit, usurpandum, quali dictum sit, Apocalypsis Iesu Christi, qua Deus voluit, ut ille seruis suis, qua oportet fieri cito, palam ostenderet. Videntur vero hi auctores in hanc venisse sententiam, quoniam arbitrati sunt aptius ita necesse contextum, & præterea duriusculam eam locutionem putabant, *Quam dedit illi Deus palam facere seruis suis, qua oportet fieri cito*: nec enim poterant intelligere, unde verba illa, *palam facere seruis suis*, congruenter penderent, nisi qua, pro quam legeretur. Sed non est cur vulgatam editionem corrigamus, aut præpositionem *et* lubaudire oporteat: apte enim omnia cohærent, si Græcam loquendi formulam observemus, quæ ita habet: *ὅπου ἐλάλεις ἰσχυρῶς ἢ ἰδωμέναι τῶ ὀφείδεις τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἀδελφοῖς ἐν τῷ χύδω*: vbi *ὀφείδεις*, hoc est, *palam facere*, Græcorum consuetudine, pro, ad palam faciendum, positum est, sic namque *ἐν* in finitis verborum uti solent, unde illi aptissimus verborum nexus, sensusque clarissimus relinquitur, *Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus ad palam faciendum*, seu *ut palam faceret seruis suis, qua oportet fieri cito*. Sunt huius apud Græcos locutionis in sacris literis exempla quamplurima, velut Gen. 47. *παροικῆσεν ἐν τῇ γῆ ἰσχυρῶς*, id est, ad habitandum in terra venimus, Exod. 2. *ἐπέλασαν τὰς δεξιά μιν οὐκ ἐπιπείσαν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ*, hoc est, impleuerunt canales ad adaquandum oves patris sui. Et Psal. 18. *ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας ἰσχυρῶς ὄδῳ*, hoc est, Exultauit ut gigas ad currendum viam: & Ioannis 6. *πῶς δύναται ἔσθαι τὸ σῶμα τὸ ἀρχαῖον φαγεῖν*, id est, Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Mitto sexcenta alia, quæ possem adducere. Ne quis vero existimet, hanc loquendi formulam apud sacros tantum scriptores reperiri, eamque idcirco, non ita cōcinnam, & elegantem putet, audiat Homerum in Odyssæa lib. 1. *ἀλλ' ὅτε δὴ ἔτος ἡμῶν ἐπιπλομένων ἐταίρω τῶ ἐὶς πελώρια θεοὶ οἴκῳ δέκεσθαι*, hoc est, verum cum reuolutis annis tempus illud aduenit, quod super factis decreuerant, ut domum reuenteretur. Ex his liquidò apparet, rectè habere editionem vulgatam, contextumque aptissimè cohære.

Ediſio vulgata deſenſatur.

Inſinitis verborum quo pacto vtantur Græci.

Genſ. 47.

Idem illuſtratur exēplis ex Græco contextu. Psal. 18. 6. Ioann. 6. 31.

Homer.

Explicantur illa verba; *Qua oportet fieri cito.*

SECTIO SECUNDA.



OMMEMORATVRVS Ioannes præcipuas Ecclesiæ perſecutiones, præmittit his verbis, *Cito*, seu ut Græcè est, *ἐν τῷ χύδω*, id est, in celeritate, siue celeriter, eas & initium, & finem habituras, sic enim exponendum est illud verbum, *fieri*, hoc est inchoari: & finiri: idemque repetit paulò post, cum subiungit, *Tempus enim prope est*, quod quidem eò pertinet, ut conſoletur fideles, horteturque ne animo concidant in laboribus vitæ præſentis: quia & ipſorum labores, & impiorum præſequentium felicitas cito finiuntur. Ex quo iam ea oritur dubitatio, quomodo cito inchoanda, & finienda dicantur, quæ ad finem mundi euentura prænuntiantur. Conſtat enim, Ioannem his verbis complecti vniuerſum Ecclesiæ ſtatum à prima videlicet eius origine, vsque ad mundi finem decurrentis. Præma ratio ducitur ex incertitudine durationis mundi: cum enim incertum ſit quanto tempore duraturus ſit mundus, ſemper timeri poſſunt quæ ad finem eius pertinent, quaſi cito euentura. Qua quidem in re errant plerique Rabbini Hebræorum Thalmudiſtæ, in quibus fuit Rabbi Helias in tractatu de Sabbatho, & in tractatu de Idololatria

Laboris lætitiæ ſolatiū laboribus.

Euentura ad finem mundi cur ſemper timenda.

ria & super Thalmud in tractatu Senebrim, (vt refert Genebrardus initio suæ Chronographiæ) qui ausus est affirmare mundum sex mille annis duraturum, motus leuissimis quibusdam coniecturis, quas commemorat Rabbi Isaac in primum caput Genesis. Prima erat, quia primus versus Genesis sexies habet literam Aleph: quæ litera mille significat. Secunda, quia Deus sex diebus mundum fabricauit, & in septimo requieuit: mille autem anni ante Deum sunt tanquam dies hesternæ quæ præterit, Psalm. 89. Et quod mirabilius est idem sibi persuaserunt grauissimi Patres: Irenæus lib. 5. aduersus hæreses cap. 28. motus posteriori coniectura; D. Hilarius canon. 17. in Matthæum, ex eo quod Christus fuit post dies sex transfiguratus, in quibus sex diebus vult sex mille annos figurari, quos gloria omnium prædestinatorum consequatur. Iustinus Philosophus & martyr in quæstionibus ad Orthodoxos. qu. 71. D. Hieron. in expositione Epistolæ Psalms 8. ad Cyprianum, & in Comment. super 4. caput Michæ, Lactantius lib. 7. Diuinarum institutionum cap. 14. motus eadem ratione qua Irenæus, Gaudentius Brixianus tractatu 10. De lectione Euangelica: eandem opinionem refert de August. vt verisimilem lib. 20. de Ciuitate Dei cap. 7. licet eam impugnauerit in Comenta. is super Psal. 6. & 89. & epist. 89. Eandem referunt, nec refellunt Galatinus lib. 4. de Arcanis catholice veritatis cap. 20. Picus Mirandula lib. 7. Heptapli cap. 2. Franciscus Georgius Venetus in sua Harmonia mundi, cantico 3. tono 7. cap. 7. Sex istis millibus annorum quingentos addiderunt Hippolytus, Cyrill. & Chrylost. vt auctor est Germanus Constantinopolitanus lib. de Theoria rerum Ecclesiasticarum. Verum hæc sententia refellitur ab Aug. locis citatis, & à Beda in Psalm. 89. ea potissima & vnica ratione, quod Christus Dominus diem iudicij occultissimum, & nulli cognitum esse docuerit: Matth. 24. & Actorum 1. Si autem post sex mille annos futurum esset iudicium, proculdubio quilibet homo annis computatis posset eiusmodi diem certo designare.

Secunda ratio traditur à Pannonio, Haymone, Anberro & aliis in hunc locum, quia videlicet totum tempus durationis mundi breuissimum est, si cum æternitate comparetur, iuxta illud Psalm. 89. *Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesternæ quæ præterit.* Vnde Paulus ad Hebræos 3. Totum tempus huius vitæ vsque ad finem mundi appellauit, hodie, id est, vnum diem præsentem, illis verbis: *Adhortamini vos per singulos dies donec hodie cognominatur,* id est, dum durat vitæ præsentis vsque ad mundi finem. Id quod D. Ambros. lib. de fide resurrectionis probat ex eo quod Christus Dominus Matth. 20. vna die conduxit omnes operarios in vineam, dicens: *Quid hic statis tota die otiosi? Mundi tempora,* inquit Ambrosius. *Annus vnus est, & quid mirum si annus vnus est, quando dies vna est?* Rem istam magis adhuc exaggerauit Esaias cap. 26. cum vniuersum tempus vsque ad iudicium, momentum appellauit illis verbis: *Abscondere modicum ad momentum, donec pertranscat indignatio:* sic enim locum intellexit Diuus Hieronymus in Commentariis. Strictius adhuc locutus est Regius vates, cum nihilum esse dixit, 89. Psalm. Vbi, post verba iam citata subiunxit, *Et custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt:* xbi est sermo de vniuersorum hominum vitæ: est autem sensus, eorum anni erunt, ea quæ pro nihilo habentur, videlicet, vt in Hebræo exponitur, tanquam somnium: hoc sensu, eorum anni pro nihilo reputabuntur, & veluti somnium præ fugacitate: illud autem quod præcessit: *Et custodia in nocte,* hunc efficit sensum, hominum seu vitæ huius tempus est veluti excubiæ nocturnæ, quæ celeriter desinunt, dum alia aliis succedant, ducta similitudine à militia, in qua quaterne sunt excubiæ tribus horis constantes. Huc etiam pertinet locus ille Prou. 8.

Thalmud.
Genebr.
Rab. Isaac.
Error. circa
mundi du-
rationem.
Psal. 89. 4.
Irenæus.
Hilarius.
Huc erroris
qui fauere
Iust. mart.
Hieronym.
Lactant.
Gaudent.
Augustin.
Galatinus.
Picus Mir.
Geor. Ven.
Hippolyt.
Cyrillus.
Chrysostr.
Germ. cõst.
August.
Psal. 89.
Incerta mudi
duratio
unde colligitur.
Matth. 24.
Act. 1.
II.
Pannon.
Haymon.
Ansberr.
Duratio
mundana
æternitati
comparata
instar vnus
diei.
Psal. 89. 4.
Hebr. 3. 13.
D. Ambro.
Math. 20. 6.
Esai. 26. 20.
D. Hieron.
Psal. 89. 4.
Breuitas. vi-
te humana
quibus com-
paretur.
Prou. 8. 37.

Lyranus.

Principatū
nem quibus
Osee 10. 7.

Hieronymus.

Principes ac
reges bulla
comparantur.

Philo.

Eorumdem
breuitas pul-
chritudine defi-
bitur.Psal. 36. 9.
Augustinus.Persecutioni-
bus augetur
Ecclesia
Augustinus.

Ludens in orbe terrarum: quanquam enim ex Hebræo nonnulli transferant: Delici-
cians in orbe terrarum, tamen de ludo propriè sumpto exponitur à Lyrano hoc sen-
su: ludum faciēns de orbe terrarum, duplici videlicet de causa, tum quia, ut ait
Lyranus. Orbis terrarum similis est ludo pilæ, quæ ab vno ad alium transmittitur,
secundū quādam reuolutionem: regna enim, & imperia transfert Deus de
gente in gentem: tum etiam quia instar ludi parum durabit. Elegans quoque est
in hanc sententiam illud Osee 10. *Transire fecit Samaria Regem suum, quasi spumam
super faciem aqua. Cuius loci is est literalis sensus, Samariam suis sceleribus, atque
idololatria potissimum, causam fuisse cur Deus regnum Israël omninò dissipa-
ret: spumæ verò similitudo adhibetur, ut citò dissipatum iri demonstraretur: sicut
spuma, inquit Hieronymus, quæ super aquam est, citò dissoluitur, sic regnum decem tribuum
velociter finietur.* Sed præterea aduicō pulchrè omnes principes ac reges spumæ,
seu potius bullis, quæ super aquam excitantur, conferri: sicut enim in aqua bullæ
excitata, quod magis intumescunt, eò celerius euanescent, ita quoque earum tu-
mor nihil aliud est, quàm celerior quādam ad exitiū progressio: ita maior re-
gum potentia atque superbia, ferè celerioris est ruinæ argumentum ut in omni-
bus mundi imperiis cernere licet, quæ quod magis potentia & magnitudine, in-
star bullarum, inflata tumuerunt, eò celerius ad ruinam, exitiūque præcipita-
runt: sicut etiam bullæ in aqua subinde aliæ aliis succedunt, sed eundem tandem
omnes exitum habent: sic reges omnes alij alios in regnorum successione, & po-
testate consequuntur, sed tandem omnes sicut bullæ breuissimo temporis spatio
euanescent. Quo de argumento copiosè disserit Philo Iudæus in libro, Quod
Deus sit immutabilis, ubi inter alia: *Ante Macedonum, inquit, imperium, inchoata fue-
rat Persarum felicitas, sed vna dies tam ingenti regno finem attulit: Fuit Ægyptiorum per-
ampla & magna potentia, sed nubi in modum eius felicitas præterit. Quid Æthiopes?
quid Carthago? quid Africa? quid Pontici reges? quid Europa? Asiaque, & ut compendiosè
dicam, totus orbis habitabilis? Nonne more nauis susque deque iactatae marinis fluctibus, nunc
aduersis ventis, nunc secundis vititur? Nam verbum diuinum choreas in orbe ducit, & omnes
gentes circumlustrando nunc his, nunc illis imperia, vel tribuit, vel adimit. Nihil igitur est in
humanis rebus præter umbram, cāmque leuissimam, sine mora præter volantes, eunt enim
vltro citroque tanquam æstiuaria. Hæc Philo, qui quidem illis verbis: *Verbum diuinum
choreas in orbe ducit, ad locum illum Prouerb. citatum: Ludens in orbe terrarum, mihi
videtur respexisse. Rectè igitur Ioannes ex hac vitæ, laborumque fugacitate fi-
deles ad perseverantiam in bono adhortatur. Quo eodem argumento vititur Re-
gius vates Psal. 39. cum ait: *sustinentes autem Dominum, ipsi hereditabunt terram, &
adhuc pusillum, & non eris peccator.* In quem locum D. Augustinus: *Ne forte, inquit,
quia dictum erat, sustinentes autem Dominum sustinentiam istam longissimam putes conti-
nuò subiungitur, adhuc pusillum & non eris peccator.***

III. Secundò, Notandum est verbum illud, *oportet*, Cū enim sermo sit de Ec-
clesiæ persecutionibus, laboribusque iustorum, mirum est, quod dicitur, *oportere*
seu necesse esse, ut fiant. Et quidem quod attinet ad Ecclesiam vniuersam, mis-
sis interira aliis rationibus, quæ in decursu huius operis sæpe incidunt, necessi-
tatis huius ratio ea traditur à Patribus ferè omnibus, & instat. Cuius Ioannis pro-
gressum Ecclesiæ describentis est maxime consentanea, quod Ecclesia persecu-
tionibus ipsis augetur: quam ob causam Iustinus in Dialogo. cum Tryphone,
persecutionem Ecclesiæ, putationi vineæ comparat. *Præ enim, inquit, vineæ puta-
tione ad vberitatem prouocantur, ita Ecclesia persecutionibus crescit.* Tertullianus in
Apologético, cap. vlt. *Plures, inquit, efficiuntur, quoties metum. vobis semen est san-*
guit

quis Christianorum. Atque ad hanc seminis similitudinem alludit D. Leo serm. 1. d. Leo. de sanctis Petro & Paulo, cum dixit: Non minuitur persecucionibus Ecclesia, sed augetur, & semper Dominicus ager frugere dicitur vestitur, dum grana, quae singula cadunt, multiplicata nascuntur. Eodem pertinet quod ait D. Chrysostr. in Iuuen. Chrysostr. & Maximum martyres. Sicut, inquit, planta rigata magis crescunt, ita & fides nostra oppugnata magis floret, neque horti aqua irrigati ita germinant, ut Ecclesia, si martyrum sanguine irrigentur.

Præterea, ea etiam est ratio communis Patrum, oportere scilicet Ecclesiam III. varijs persecucionibus exerceri, ut diuina virtus in Ecclesia tuenda aduersus omnes persecucionum impetus magis cluceat: enim verò tantum abest, ut Ecclesia persequentijs fracta corrueat, ut ipsa potius tyrannorum eam persequentium vires frugerit. Id quod multo, antè eleganti similitudine prædictum fuit à Zacharia, cap. 12. Et erit in die illa, ponam Hierusalem lapidem oneris cunctis populis: omnes qui leuabunt eum, confusione lacerabuntur, cuius similitudinis elegantiam exponit D. Hieronymus in commentarijs suis super Zachariam. Mos, inquit, est vrbibus Palestinae, & usque hodie per omnem Iudeam vetus consuetudo seruatur, ut in viculis, oppidis, & castellis, rotundi ponantur lapides grauisimi ponderis, ad quos iuuenes exercere se soleant, & eos pro varietate virgum subleuare; alij ad genua, alij ad umbilicum, alij ad humeros, & caput, nonnulli super verticem, & ceteris iunctisque manibus magnitudinem virium demonstrant, pondus extollunt. In arce Atheniensium iuxta simulachrum Minerva vidi spheram anciam grauisimi ponderis, quam ego pro imbecillitate corpusculi mouere vix potui: cum autem quærerem quidnam sibi vellet, responsum est ab vrbis eius cultoribus, athletarum in illa massa fortitudinem comprobari. Sensus ergo iste est; Ponam Hierusalem cunctis gentibus quasi grauisimum lapidem subleuandum, leuabunt quidem eam, & pro virium varietate vastabunt: sed necesse est ut dum leuatum in ipso nixu, & leuatione ponderis grauisimus lapsus scissuram aliquam in leuantium corporibus derelinquat. Super Ecclesia vero sic interpretari potest, quod cuncti persecutores, qui contra domum Domini dimicauerunt, inebrientur eo calice, quem vniuersis gentibus propinat Hieremias, ut bibant, & inebrientur, & cadant, & vomant, & insaniant. Hæc Hieronymus.

Quod verò attinet ad vnumquemque Sanctorum, cur oporteat eos laboribus exerceri, fusè disserit Chrysostr. homil. 1. ad populum Antiochenum, expendens illud Pauli ad Timotheum, cum eum hortatus fuit, ut modico vino uteretur propter frequentes stomachi infirmitates, vbi quamplurimas huius necessitatis causas enumerat, quas breuiter perstringemus. Prima est. Ne arrogantia Sancti extollantur propter meritum & miraculorum magnitudinem, iuxta illud Psal. 118. Bonum mihi, quia humiliasti me. & 2. ad Corinth. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae, &c. Secunda. Ne ceteri de ipsis maiora cogitent, quàm humana patitur conditio, eisque aliquid diuinitatis inesse arbitrentur. 2. ad Corinth. Parca autem ne quis me existimet supra id quod videt in me Tertia. Ut mira Dei virtus per debilia instrumenta operantis cluceat, iuxta illud 2. ad Corinth. 12. Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Vbi virtus, pro fortitudine sumitur, cum sit Græcè δύναμις. Sic Pharaonem & Magos per ciniphes in suâ potentia admirationem conuertit Exod. 8. Et trecentis viris usque timidissimis, ut notat Theodoretus in quæstionibus super librum Iudicum (quanquam id ex contextu non rectè colligit) innumerabilem Madianitarum multitudinem duce Gedeone fugauit. Iudic. 9. Vnde apud Ioëlem, cap. 2. Erucam magnam virtutem suam appellat, ut aduertit idem Chrysostr. homil. 8. in cap. 4. 2. ad Corinth. Quarta, ut Sanctorum virtus, & pa-

Ecclesia pati-
endo y rano-
nos vicit.
Zach. 12. 3.
Hieronym.
Explicatur
Zachar. locus
et illustra-
tur.
Sanctos la-
borib. exerce-
ri cur oport-
eat ex Chry-
sostr.
Prima causa.
Psal. 118. 71.
2. Cor. 12. 7.
Secunda.
2. Cor. 12. 6.
Tertia.
2. Cor. 12. 9.
Exod. 8. 18.
Iudic. 9. 23.
Ioel. 2. 25.
Quarta.

- Iob. 1. 10. tinentia non mercedis causa Deo seruientium declaratur, vt patet in Iob: de quo Sathan ad Deum dicebat cap. 1. *Nunquid Iob frustra, id est gratis, timet Deum? non ne tu uallasti eum, ac domum eius uniuersamque substantiam per circuitum?* Tunc uero dominus, vt ostenderet, Iobum non mercedis alicuius gratia uirtutem colere, permittit vt à Sathana bonis omnibus spoliaretur. Quinta. Vt de resurrectione cogitemus. Dum enim Deus dilectos suos in hac uita affligi patitur, planè significat, expectandam esse alteram, in qua digna eorum laboribus præmia tribuantur. 1. ad Corinth. 4. 5. *Si in hac uita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiles sumus omnibus hominibus.* Et iterum. *Si secundum hominem ad bestias pugnari Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt?* In hunc sensum interpretatur D. Chryllostomus illud ad Rom. 5. *Tribulatio patientiam operatur, patientia uero probationem, probatio autem spem, id est, resurrectionis.* Sexta. Vt ad exemplum sanctorum ad patientiam excitentur, iuxta illud Matth. 5. *Beati estis, cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, gaudete, & exultate, quoniam merces uestra multa est in celo, sic enim persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante uos.* Et Tob. cap. 2. *Hanc tentationem ideo permisit Dominus euenire illi, ut posteris daretur exemplum patientia eius, sicut & sancti Iob.* Intelligentes nimirum, illum non nothum, sed legitimum esse Dei filium, qui in hac uita laboribus exercetur: Quo argumento uitur Paulus ad Hebr. 12. 7. *Tanquam filius, inquit, uobis offert se Deus, quis enim filius, quem non corripit pater? quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filij estis, ubi, pro, adulteri, legendum est, adulterini, cum habeatur Græcè υδοι, id est spurij, & illegitimi: atque eam puto esse causam, cur Paulus Titum filium suum legitimum appellarit, quoniam scilicet, multos, sicut idem Paulus, propter fidem, labores, & persecutiones tolerabat: etenim ubi nos legitimus, cap. 1. epist. ad Titum, *Ita dilecto filio, habetur Græcè υδοι τεκνο, id est, legitimo filio.* Septima. *Ne quando exhortamur uos, inquit Chryllost. ad illorum uirtutem, alterius ipsos natura fuisse cogitantes ob gestorum magnitudinem, corpeatis.* Quo argumento uisus est Iacobus Apostolus cap. 5. suæ Canonice cum dixit, *Helias homo erat in passionibus similis nobis.* Octaua. Vt discamus, quos beatos, quos miseros, putare debeamus, iuxta illud Psal. 143. *Promptuarua eorum plena, eructantia ex hoc in illud, oues eorum factiosa abundantes in gressibus suis: beatum dixerunt populum, & hæc sunt.* Tu uero Regie uates quid sentis? *Beatus populus cuius Dominus Deus eius, id est, non pecunijs affluens, sed pietate glorians.* Nona, & postrema, ut coronæ illis augeantur iuxta illud 2. ad Corinth. 4. *Id quod in presenti est momentaneum, & leue tribulationis nostra supra modum in sublimitate æternum gloria pondus operatur in nobis.* Quo loco obseruanda est elegans Apostoli antithesis, nimirum, id, supra modum: in presenti, in sublimitate, momentaneum, æternum: leue, pondus: tribulationis, gloriæ: est, operatur. Porro aduerte, pro eo quod uulgatus transtulit, *Supra modum in sublimitate, haberi Græcè καθ' υψωθεν εις υψωθεν, hoc est ad uerbum, secundum excellentiam, per excellentiam, seu secundum hyperbolem: per hyperbolem: qua conduplicatione epitasidis exprimitur, ut indicetur, magnitudinem gloriæ superare magnitudinem laborum huius uitæ, si secundum se spectentur, maximo quodam excessu, & maximè hyperbolico intervallo. Id circo enim bis hyperbole geminatur, quæ tamen hyperbole uerissima est, cum diuinæ nitatur promissioni: non sicut hominum promissiones, qui montes aureos, & multo maiora quàm tribuant, pollicentur per hyperbolem scilicet, quæ meritò apud illos, ementiens superiectio describitur.**

Expositio illorum verborum, Et significavit mittens per Angelum suum seruo suo Ioanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quaecumque vidit.

SECTIO TERTIA.



Tota hæc sententia fiat illustrior, eiusque cum superioribus nexus intelligatur, sunt prius nonnulla necessariò explicanda. Atque illud imprimis docendum, quo sensu verbum, significavit, accipere oporteat. Etenim plerique existimarunt, pro signavit, seu sigillo obsignavit, positum esse. In his Rupertus, significavit, inquit, hoc loco idem est, ac si diceret, signavit, id est quibusdam imaginum sigillis clausit. Idem putavit Ambrosius Ansbertus, qui cum sibi illud obstare arbitrarètur, quòd non signavit, sed significavit, dictum esset, bellè sibi nodum vir alioqui doctus dissolvere visus est, occurrens more scripturarum, syllabarum, numerum crescere, sicut, inquit, in beata Redemptoris passione non est dictum, eolaphis eum ceciderunt, sed ceciderunt, quasi aptè, cædunt, dici potuisset. Tum verò in eo hi auctores valde laborant, quomodo cum paulo antè præcessisset, Palam facere servis suis, & in fine Apocalypsis præcipiatur Ioanni, Ne signaveris verba prophetia huius, in quòd tamè dicatur, signavit, hoc est sigillavit seruo suo Ioanni.

Significavit
hæc quid.
Ruper.
Ansbert.

Et verò nos inficiari haud possumus, verbum Græcum σημαίνω, quo utitur hoc loco Ioannes, est enim Græcè pro, significavit, εσήμενεν, tantum pro significare, sed etiam pro sigillo obsignare, usurpari: quamquam enim Græcè σημαίνω & σημαίνω proprie sit signare, & sigillo obsignare, unde σημαίνω sigillum dicitur, & σημαίνω, communiter sit significare, tamen sæpe σημαίνω idem est, quòd σημαίνω, sic namque usurpavit Paulanias in Laconicis, ubi agès de rege Polydoro Regis Alcameis filio, sic ait: οὐκ ἐστὶν ποσὺ τοῦ πῦρ· ἀεὶ ἔχουσιν ὡσεὶ οἱ τὰς ἀρχαῖς ἔχοντες ὁποῖα δὲ εἰ σημαίνεαι, ὅτι Πολυδὸρος σημαίνοντα ἐκόντι, hoc est, quem tanto honore Lacedæmonij præ alijs regibus affecerunt, ut magistratus quæcumque obsignare est necesse, Polydori imagine obsignent: qua eadem significatione affine verbum σημειῶσα, in sacris etiam literis usurpatur, veluti Psalmo 4.7. Psalmo 4. vbi pro eo quòd nos habemus, signatum est super nos lumen vultus tui Domine, habent 70. εσήμενεν εἰς ἡμᾶς τὸ φῶς τὸ ἀγαθὸν σὺ Κύριε. Cæterum addimus σημαίνω, hoc loco non esse sigillo obsignare, sed significare, ut rectè vertit interpretes, quoniam licet apud Paulaniam iam citatum, aliòsque prophetas nos autores, pro obsignare, interdum ponatur, nusquam tamen, quòd sciam, in sacris literis in ea significatione acceptum reperitur: non est autem aliquid, quòd nos cogat, hoc tantum loco præter scripturæ consuetudinem, pro obsignare, positum esse, confiteri: quare significavit, idem est, atque indicavit, ostendit, declaravit: simulque ille scrupulus eximitur, qui Rupertum, & alios pungebat, quomodo obsignavit dictum esset, cum paulò antè dictum fuisset, Palam facere servis suis. Deinde additur, Mittens per Angelum suum seruo suo Ioanni. Illud seruo suo Ioanni, potest & ad significavit, & ad mittens, referri: ut sit sensus: Christum hanc Apocalypsim significasse seruo suo Ioanni, misso ad illum Angelo, qui eam illi indicaret: aut hanc Apocalypsim significasse misso Angelo ad seruum suum Ioannem: sed utrius modo accipias, idem semper sensus redditur. Ex his verbis Arethas divinitatem Christi optimè colligit, cui videlicet & Angeli famulentur, & sancti seruiunt: itaque ait, cum antea Ioannes de Christo, ut homo est, locutus fuisset, cum dixit Iesu-Christi, eorum mysteriorum, quæ

Significavit
nisi quam
sacris pro
obsignare.
Significavit
indicare.
Christus
Deus & ho-
mo.

VIE GAS
APOCALYPTIS

hoc opus complectitur, factam à Deo reuelationem fuisse, modo eiusdem diuinitatem explicasse, cum se eius feruum, & Angelum famulum appellauit.

III. Denique subiungitur, *Qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi quacunque uiderit.* Græcè est, *ὅς ἐμαρτύρησεν τὸ λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅσα ἑώρα* hoc est, qui testificatus est uerbum Dei, & testimonium Iesu Christi, quacunque uidit: Vbi imprimis aduerte, uerbum *ἐμαρτύρησεν* ad omnia sequentia pertinere, ut dicatur Ioannes testificatus uerbum Dei, &

Per uerbum Dei quid intelligat Ioannes.

D. Ambr. Rupertus. Ansbert.

testificatus testimonium Iesu Christi, & testificatus quacunque uidit. Per uerbum Dei, Christum ipsum intellige, quem Ioannes, & uerbum, & uerbum Dei appellare consueuit, ueluti in principio Euangelij, *In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum.* Et Apocalyp. 19. *Et uocatur nomen eius uerbum Dei.* Sed quæres, & quò-nam testimonio loquatur Ioannes, quod de Verbo Dei, hoc est de Christo perhibuerit. Plerique ut Diuus Ambrosius, Rupertus, Ansbertus, & alij existimant, sermonem esse de ipsa Ioannis Euangelio, in quo ipse illustrissimum de Christi diuinitate testimonium præbuit, cum dixit: *In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum:*

& paulò post, *Et uisimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre plenum gratia, & ueritas:* quæ nobis expositio non probatur, cum initio horum commentariorum ostensum sit, Ioannem Euangelium non antè sed post Apocalypsim scripsisse: quò fit, ut eum hoc loco dicit, se testimonium perhibuisse Verbo Dei, nullo pacto ad Euangelium, quod nondum ediderat, respexisse, credendus sit. Existimamus loqui Ioannem de testimonio, quod prædicatione sua de Christi diuinitate, & operibus admirandis perhibuit, propter quòd testimonium fuit in feruentis olei dolium comiectus, & in Pathmon insulam relegatus. Et quoniam, ut suo loco dicemus, illustre quiddam est, & magnificum, Christum non tantum prædicando, sed etiam patiendo testari, idcirco Ioannes hanc ueluti notam nomini suo, ut potè nobilem, & gloriosam adnectendam putauit, ex qua tanquam discipulus ille à Christo dilectus, & uerus eiusdem. Christi amator dignoscetur.

Ioannes testimonium perhibuit prædicando, et patiendo.

Difficiliorem explicatum habet, quòd sequitur: *Et testimonium Iesu Christi:*

III. Nonnulli recentiores sic interpretantur, ut sit explicatio eius, quòd præcesserat, quòd nimirum uerbum illud Dei, de quo perhibuerat testimonium, sit ipse Iesus Christus, quasi dictum sic: Testimonium quòd perhibuit uerbo Dei, est testimonium Iesu Christi, cum idem sit uerbum Dei, & Iesus Christus. Apra esset interpretatio, si ita sine interposita coniunctione legeremus, *Qui testimonium perhibuit uerbo Dei, testimonium Iesu Christi,* tunc enim uerba illa, *Testimonium Iesu Christi,* per appositionem dicta uiderentur, illo sensu, qui testimonium, inquit perhibuit uerbo Dei, quòd est testimonium Iesu Christi, seu de Iesu Christo testimonium perhibere: uerum cum coniuncto, *Et, Græcè, & Latinè intercedat, legendumque sit hoc modo. Qui testimonium perhibuit uerbo Dei, & testimonium Iesu Christi,* duriuscula uideretur eiusmodi interpretatio. Alij aliter exponunt, sed non rectè etiam textum connectunt. Nobis non displicet Nicolai Zegeri expositio, testimonium Iesu Christi hoc loco, non pro testimonio à Ioanne perhibito, sed à Christo per passionem dato, accipiendum esse, subaudiendumque, ut superius diximus, uerbum *ἐμαρτύρησεν* & ita legendum, qui testificatus est testimonium Iesu Christi: illudque significare Ioannem, se non solum de diuinitate Christi, eiusque operibus admirandis testimonium perhibuisse, sed de eius etiam passione, quam *μαρτυρία* id est, testimonium appellat, eo

Per testimonium Iesu Christi, quid recentiores.

Zegeri expositio præfertur.

planè

planè sensu quo obitus eorù, qui pro Christo mortem oppetunt, martyrium, hoc est testimonium, & eos martyres, hoc est, testes nuncupantur: idem enim est, Græcè ἡ μαρτυρία, siue τὸ μαρτυρεῖν, ac Latine testimonium, & ἡ μαρτυρία idè quod, testis, quæ appellatio aptissimè quadrat in eos, qui pro fide sanguinem vitamque profundunt, quoniam sic fidem, quam corde tenent, moriendo testificantur. Ita igitur totum hunc locum accipe, significavit mittens per Angelum suum seruo suo Ioanni, qui testificatus est verbum Dei, hoc est, de Christi diuinitate testimonium præbuit, & testificatus est etiam testimonium, siue martyrium Iesu Christi, quod in sua humanitate moriendo perfecit, hoc est, de passione etiam, & morte eiusdem Christi testimonium perhibuit: atque adeo utramque Christi naturam diuinam scilicet, & humanam testatus est: cum, qua expositione concinit quod ipse Ioannes postea in Euangelio conscripsit. Nam cum post descriptam Christi passionem & mortem, tandem latus eius apertum, ac sanguinem, & aquam ex eo perfluxisse, dixisset, statim subiunxit cap. 19. *Et qui vidit testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius.* Possumus etiam sic interpretari, testificatus est testimonium Iesu Christi, hoc est: testimonium perhibuit de prædicatione veram Dei cognitionem & fidem ad salutem necessariam testabatur, iuxta illud apud Ioannem cap. 18. *Ego ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.*

Christi prædicatione quid testabatur.

Denique addit Ioannes, *Quæcumque vidit:* Græcè ἐὼς ἃ ἑώρακε, id est, & quæcumque vidit: licet sine coniunctione legamus, sæpe enim apud Græcos particula τε, redundat & magis ornatus, quàm connectionis gratia, adhibetur, idem sensus efficitur, docet enim Ioannes se ea, quæ de Verbo Dei testificatus est, non ab aliis prioribus magistris accepisse, sed per se ipsum vidisse: quod quidem eò dicit, ut maiorem fidem adicit suis, & operibus conciliet. In nonnullis exemplaribus Græcis, ut auctor est Arethas additur, ἡ βεβαιότης ἡ ἀπὸ τοῦ εἰδέναι, ἡ ἀπὸ τοῦ εἶδέναι, hoc est, & quæcumque vidit, & quæcumque sunt, & quæcumque oportet fieri post hæc. Sed ea tamen superuacanea sunt, nec in correctionibus exemplaribus habentur, quæ secutus est vulgatus interpres.

Testis oculatus præfatus auctoritate Arethæ additio reuocatur.

Porò cum ait, *Quæcumque vidit,* quamuis plerique volint, loqui tum de iis, quæ ad humanitatem Christi, tum de iis, quæ ad eiusdem diuinitatem pertinent, quorum illa carnis, hæc mentis oculis conspexit, tamen præcipuè videtur ea intelligere, quæ exteriùs à Christo gerebantur, cuiusmodi erat prædicatione, miracula, & ea quæ in eius passione, & morte acciderunt: Hæc enim potissimum videndi verbum complectitur, si paulò fusius sumatur, extendaturque ut sæpe aliàs in sacris literis, ad reliquos corporis sensus: siquidem Ioannes non tantum de illis operibus loquitur, quæ ipse oculis vsurpabat, sed de illis etiam quæ auditu percipiebat, cuiusmodi erat Christi doctrina: quæcumque igitur hac ratione vidit sua prædicatione testatus est. Quod si quis illud opponat, quod ipsemet Ioannes, ad calcem sui Euangelij scriptum reliquit, se non omnia, quæ Christus gessit in terris, mandasse literis, quin potius multa alia, imò & innumera reliquisse, quæ si sigillatim scriberentur, in infinitis propemodum libris opus esset, atque adeò illum non omnia quæ vidit vel scripto vel prædicatione testificari potuisse, respondendum est illum cum ait, *Quæcumque vidit,* non omnia planè quæ vidit mathematico more intellexisse, sed ea duntaxat, quæ ad Ecclesiæ doctrinam, salutemque fidelium requirebantur. Atque hæc de superiorum verborum nexu, & expositione dicta sint, quæ quoniam multum negotij facecunt interpretibus, aliquantò minutius expendenda putauimus.

Quæ sint ea quæ Ioannes vidit.

Obiectio.

Respondetur.

Beatus qui legit, & audit verba prophetie huius, & seruat ea, quæ in ea scripta sunt, tempus enim prope est.

SECTIO QUARTA.

QUAMVIS modò Grecè sint *μακάριος ὁ ἀναγινώσκων καὶ οἱ ἀκούοντες καὶ τηροῦντες*, id est, Beatus, qui legit, & qui audiunt, & seruant, vulgatus tamen haut dubiè legit in correctioribus exemplaribus ὁ ἀκούων καὶ τηρῶν, hoc est, *Qui audit & seruat*: quare non est cur mysterium in ea numerorum diueritate quararum: legere ad peritos, audire ad simplices, seruare ad vtrosque pertinet. Arethas existimat, audiendi verbum hoc loco perfectam auditionem cum obseruatione coniunctam adsignificare: sic enim ait, Beatos appellat circumspectè admodum non legentes duxerat, sed & audientes, efficaci videlicet, & in opus prodeunte auditione. Que tamen expositio nobis non placet, quamuis quidam audire sæpe in sacris literis, pro audire obtemperando sumatur, hoc tamen loco non ita accipitur, alioqui superuacaneum esset, quod sequitur, *Et seruat ea, quæ in ea scripta sunt*. Hoc loco abutebatur Lutherus ad eleuandam libri huius auctoritatem, quia, vt aiebat, Apocalypsis asserit fore beatos eos, qui seruant, quæ in ea scripta sunt, cùm tamen nemo intelligat, quænam illa sint, propter summam libri obscuritatem: nec enim videbat, quomodo multa sint in hoc opere vaticinia obscurissima, per multa tamen etiam esse præcepta clarissima, vt de constantia in persecutionibus, de execrandis hæreticis, de patientia, de fide retinenda, de metuendis diuinis iudiciis, denique de amandis promissis caelestibus.

Primo. Notandum est, ex hoc loco rectè colligi, non satis esse ad salutem scire Dei præcepta, nisi etiam obseruentur, iuxta *Quid ad Rom. 2. Non auditores legis in se sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur*. Et *Iacob. 1. Estote factores verbi, & non auditores tantum fallentes vos in ipsis*. Eam ob causam diuina mandata appellatur viæ in sacris literis, quia per ea incedendum est obseruationis pedibus, quemadmodum testatur Regius vates *Psal. 118. Beati immaculati in via, qui ambulauit in lege Domini*. Et iterum, *Piam mandatorum tuorum cucurri*. Vnde claudii appellantur ij, qui cùm fidem & doctrinam habeant, operibus *certè prauis operibus, quasi tibiis affectis innituntur*, iuxta illud *3. Reg. 18. Vsq; quo claudicatis in duas partes? quem locum ita Septuaginta transtulerunt, Vsq; quo claudicatis in ambobus poplitibus vestris? seu utroque pede, fidei videlicet, & operum: quæ obseruatio est D. Augustini in questionibus super Euangelia, quæst. 19. & Rupertii in cap. 4. Michææ, vbi Hierusalem appellatur ciuitas claudicans, quo loco docet Rupertus, Iacob Patriarcham in figuram Iudaici populi altero pede claudicasse, id quod etiam in eandem sententiam exposuit D. Gregorius lib. 19. *Moralium cap. 21. super illa verba Iob, cap. 29. Oculus meus cæcus, & pes claudans. Rectè inquit, postest cæcus Gentilis populus, claudans autem Iudaicus comparari: Gentilis quippe quasi oculos non habuit, quia non recepta lege non vidit, quò ire debuisset, at contra Iudaicus claudans habens oculos, claudans fuit, quia legem quidem tenuit, sed in ea gressum recti operis non tetendit: alias enim voce Domini dictum non fuisset, *Psal. 17. Filij alieni increpauit sunt, claudicauerunt à semitis suis*. Itaque pes recti operis pedem fidei, siue doctrinæ, quasi fulcit, quia nimirum fides operibus iucitur ne omnino corruat: quod eleganter dictum est à Paulo ad Hebr. 10. illis verbis, *Iustus ex fide vivit: Quod si se subtraxerit non placebit anima mea*. Quem locum expendens Turrianus noster libro 4. pro epistolis Pontificiis cap. 4. *Non dixit, inquit, si non crediderit, sed si***

sed si se subtraxerit, nimirum fidei, ille autem fidei se subtrahit, qui fidei per vera non obedit, acquiescit illam facit corrumpere, quod Apostolus statim declarat, subiungens, nimirum subtractionis filij in perditionem, sed obedientiam in acquisitionem animi. Cernis non distulisse, sed fidei, quia non fidem, sed obedientiam opposuit subtractioni fidei. Habemus etiam huius rei typum apud Ezechielem cap. 1. ubi sub p... is illorum quadri- formium animalium manus hominis apparuerunt, quia nimirum fidei & cog- nitione rerum Diuinarum, qua veluti alis in altum efferimur, manu, id est, opera- tione, & obseruatione mandatorum niti & sustentari debet. Denique qui legem non seruat, negat ei (tanquam Domino, & viro mulier) debitum famulatum. Nam quod lex sit veluti Dominus, & vir, ius habens in eos, quibus est imposta, docuit Paulus ad Rom. 7. cum dixit, *An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquar, quia lex dominatur in homine quanto tempore uiuit: nam quae sub viro est mulier, uiuente vi- ro, obligata est legi. Quamquam enim & Graecè, & Latine ambiguum sit, num illud, uiuit, ad legem an ad hominem referri debeat: tamen Origenes li. 6. in epist. ad Rom. ad legem refert, ubi sic Pauli locum explanat, Nuncquid, inquit, ignoratis, quia lex unicuique uincipitate, & seruienti sibi dominatur, sicut vir inuicta mulier: sed sicut uirum, cui subiecta fuerat mulier, si acciderit mori, libera efficitur mulier, ita is qui sub lege est, si acciderit legem mori, ab operibus legis liber efficitur. Haec ille. Itaque Origenes legem viro, hominem subiectum legi, mulieri comparat: sicut igitur mulier dum uir eius uiuit, non debet sese ab eius subiectione & obseruatio subtrahere, ita uir dum lex uiu... hoc est, vim obligandi obtinet, debet sese ei per obseruationem, & opera subi... re. Aduerte autem pro eo, quod nos habemus *Dominatur*, haberi Graecè *κωλύει* quod non tantum significat dominari, sed ius & auctoritatem habere: ut in... gas cum, qui legem nouit, nec tamen seruat contra ius facere legis, eique auctoritatem debitam detrahere, quae tunc retinetur, cum non tan- tum noscitur, sed etiam impletur. Caterum de hoc argumento saepe sese offeret in hoc opere occasio differendi.*

Ex ch. 1. Rom. 7. 1.

Origenes. Dominum legis cui serui-

Auctoritatis legi qui detrahant.

II.

Secundò. Addit Ioannes, *Tempus enim propè est*, quod dupliciter exponi potest; vno modo, vt dicatur esse propè vltimum mundi tempus, si breuitas huius uita cum aeternitate conferatur, vt supra diximus. Altero, quemadmodum vult Arethas Episcopus, vt dicatur esse propè, si consideremus amorem, desideriumque iustorum, plurima pro Christo, & longissimo tempore patendi: vnde etiam bre- uis spatium illis videtur, quod vsque ad mundi finem excurrat. *εγγός*, inquit Arethas: *ὁ κ' ἀπὸς τῆς μακροτόντης τῶν ἡμερῶν ἡ ἀγαπήν τ' ὑλοποιῶντων τὰς ἐπιλάσεις ἡμετέρας: διότι τὸ ἀνείδοτον ἔσται τὰ ἅπαντα ἀγαθὰ ἡμετέρας ἀνομιῶν ἐργασίας, ἃ δ' εἰς τὸ πᾶν ἡμετέρας ἡ δόξα τὰς αἰωνίους ἡμῶν.* Quae ita Latine poteris reddere, Tempus propè est beatitudinis, hoc enim ex ignita charitate proficiscitur eorum, qui Dei mandata custodiunt: atque idcirco perseverantia operandi circa haec illis accedit, vt temporis prorogationem, instigationemve pro nihilo ducant: sic Iacobo Patriarcha septem anni, quo pro Rachele seruiebat, pauci dies videbantur pra amoris magnitudine. Gen. 29. Quod si quis quaerat, cur Iacobo sep- tem illi angustia pauci dies pra amoris magnitudine viderentur, cum potius amor efficiat, vt amata rei dilatio, quantum eumque breuis, longa amanti videatur; respondet Aug. in qq. super Gen. q. 88. *Quod scriptum, inquit, est, seruiebat Iacob pro Rachele annis septem, & erat in conspectu eius velut pauci dies, eo quod illam diligebat, quaerendum quo modo dictum sit, cum magis etiam breue tempus longum esse soleat amantibus: di- citur est ergo propter laborem seruitutis, quem facilem & lenem amor faciebat. Idcirco autè additum est hoc à Ioanne, ne videlicet iustus animum contrahat, existimans diu*

Iustorum pa- tiendi deside- rium.

Gen 19. Dubium.

Soluitur ex Augustino



Quò propior
corona, eo
acrius dimi-
candum.
Heb. 19. 25.

Rom. 13. 11.

Origenes.

In lege gratie
plus sanctita-
tis exigitur.

sibi esse cum suis hostibus dimicandum: quin potius ingentes animos sumat, intelligens propè esse illud tēpus, quo emenso, laboriosa huius vitæ curriculo, coronam gloriæ consequatur: quemadmodū & improbi digna suis sceleribus supplicia, qui etiam his verbis deterrentur. Et multò magis concōnit hæc ratio cum ea vitæ similitudine paulò ante à nobis tradita: gaudens enim iter facit, qui parum sibi iam vis conficiendum intelligit. Hoc eodè argumēto vitur Apost. ad Hebr. 10. cum ait, *Sed consolantes & tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem. Qui locus de die iudicij planè intelligitur, eumque expendens D. Gregor. lib. 5. Moral. c. 3. Quis thesaurum, inquit, effodierunt, quanto sunt viciniores ad finem, tanto se exhibent ardentiores: quali dixerit, thesaurum quæritis, sed eò quærere ardentius debetis, quò iam iuxta quæsitum autum propius peruenitis. Hæc Gregor. Eodè pertinet illud ad Rom. 13. *Et hodie scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere, nunc enim propior est nostra salus quam sciamus credidimus, non præcessit, dies autem appropinquavit, abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemus, non in comessationibus, & ebrietatibus, &c.* Vbi Apostolus ex eo, quòd transacta nocte superiorum temporum, incipiat dies legis gratiæ, magis ac magis illucescere, propter aduentum Christi solis iustitiæ, atque adeò propiores iam sumus ad salutem gloriæ recipiendam, argumentatur ad spectandam maiori cōnato, & contentione morum probitatem. Sic hunc locum interpretatur Origenes li. 9. comment. in Epist. ad Rom. *Sciendum, inquit, est aduentum lucis huius & diei duplici modo accipiendum, & generalem omnibus, & unicuique specialem: generalis lux, diesque omnibus aderit, cum futuri seculi tempus aduenerit, ad cuius comparationem presentis huius mundi spatium tenebra appellatur: quòd tempus labentibus quotidie diebus appropriat, & ideo nostra salus quotidie sit propior: sicut & Dominus cum consummationis mundi signa distingueret dixit, Cum vidistis hæc omnia, leuete capita vestra, quoniam appropinquit redemptio vestra.* Hæc, & alia deinceps Origenes. Porò aduertit illud quòd præcessit, *Et hoc scientes tempus, posse quoque ita explicari, ut vim habeat exaggerandi: adhorteturque nos Apostolus ad amorem proximi, de quo paulò antè disseruerat, & ad omnia vitia refecanda, quæ postea commemorat, illa recordatione, quòd tempus sit gratiæ, nouæque legis à Christo constitutæ, in qua plus sanctitatis exigitur, quàm in lege naturæ, & veteri exposceretur: quasi dicat: Et hoc, inquit, debetis libentius præstare, considerantes tempus in quò estis: similem emphasim habet illa locutio, qua in aliquem ita inuehimur, seruis libidini, & hoc tempore Quadragesimæ? Etenim illud *Hoc?* non posse ad tempus referri, quasi dicat Paulus, *Scientes hoc tempus perspicuum est in Græco contextu, est enim, Hoc, neutri generis, tempus autem masculini: sic namque habetur Græcè, & τὸ τοῦ εἰδότες τὴν ἡμέραν.***

I.

Septem Asie
Ecclesiis
scribat Ioan.

Primasius.
Haymo.
Pannon.
Ansbert.
Ioach. Abb.
Areth. Epil.
Argust.

Septenarius
numerus quid
ex Augustino.

Ioannes septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia.

SECTIO V.

SEPTEM Ecclesiæ, quibus scribit Ioannes inferius nominantur, suntque omnes in Asia minori, quæ nunc Anatolia appellatur: ad eas verò præcipue scribit, quia earum erat Apostolus, per similitudinem autem earum, scribit ad Ecclesias vniuersas. Itaque harum septem Ecclesiarum nomine, vniuersæ mundi Ecclesie accipiendæ sunt, quemadmodū volunt Primasius, Haymo, Pannonius, Ambrosius Ansbertus, Ioachimus Abbas, Arethas Episcopus, D. Augustinus, seu potius Ticonius, & alij. Ratio verò duplex est. Prior, quia numerus septenarius in sacris literis perfectionem, & vniuersitatem significat, teste D. Augustino lib. 11.

de Ci-

de Ciuitate Dei cap. 31. veluti Prouerb. 24. *Septies in die cadet iustus, & resurget*, id est, sapissimè, & quotiescunque ceciderit non peribit. Item Psal. 118. *Septies in die laudemur tibi*, id est, sapius quamquam respexisse Prophetam ad septem horas canonicas in Ecclesia concinendas existimauit D. Basilius serm. 1. de institutione Monachorum. Et D. Chrysostomus homil. 59. ad populum Antiochenum. 1. Reg. 2. *Donec sterilis erit plurimos*, pro quo in Hebræo est, *Peperit septem*. Et Pl. 78. *Redde vicinis nostris sep. aplum in sinu eorum*, id est copiosè illos puni. Denique Ecclesiast. 11. *Mitte panem tuum in transeuntes aquas*, quia post multa tempora inuenies illum, *da partem septem & octo*, vbi est sermo de eleemosyna, & per transeuntes aquas pauperes intelliguntur, vel quia peregrini, atque aded in multas regiones nauigent, quærendi cibi causa, quemadmodum exposuit Paraphrastes Chaldaicus cum ita transtulit, *Porrige alimentum tuum pauperibus qui ambulat in nauibus super facies aquarum*, vel quia ipsimet pauperes aquæ transeuntes appellantur, propter labores, quos patiuntur, quæ typicè per aquas significari solent: quod vèrò sequitur, *Da partem septem & octo*, hunc efficit sensum: esto misericors in multos, imo & in multò plures, ac propemodum infinitos si possis: eam enim vim habet numerus octonarius cum septenario adiungitur. Vbi obiter obserua in credibilem eleemosynæ fructum, qui nunquam perit: nam quemadmodum lignum aliquod in flumina immissum postea inuenti potest in ipso fluminis ostio per quod se in mare exonerat, ita qui in transeuntes aquas, id est in pauperes, panem suum, & eleemosynam mittit, eam postea inueniet, & recipiet in alia vita, in qua hi fluij tandem influunt: vnde subditur: *Quia post tempora multa inuenies illum*.

Posterior ratio est: quia vniuersa Ecclesia gratiâ septiformis spiritus afflatur, I. quare rectè per septem Ecclesias à Ioanne significatur, atque in huius rei typum, Elisæo super puerum mortuum incumbente septies puer ad vitam rediens oscitasse describitur. 4. Reg. 4. quia super extinctum populum, id est, orbem terrarum Dominus veniens septies eum fecit oscitare per septem gratiæ dona, quæ Ecclesiæ communicauit. Et Esaiæ 4. dicitur: *Apprehendent septem mulieres virum vnum in illa die dicentes, inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum*: vbi per septem mulieres, septem Spiritus sancti dona intellexit Orig. hom. 3. super Esaiam: Et D. Cyr. lib. de exhortatione martyrij: dies quippe qua septem mulieres virum vnum apprehenderunt tempus est redemptionis, quo septiformis Ecclesia septiformi spiritu completa Christum per fidem & charitatem apprehendit, ab eo que petiit, vt suum auferret opprobrium, ne videlicet ultra Iudæi insultantes eam irriderent, quod idola veneraretur. Ex eo, quod Ioannes ad vniuersam Ecclesiam sub nomine septem Ecclesiarum scribat, collige excellentem Ioannis prærogatiuum, quod sit nimirum vniuersalis Ecclesiæ doctor à Deo constitutus, & regius quidam legatus ad vniuersam Ecclesiam destinatus, vt rectè obseruauit Petrus Damianus serm. 1. de excellentia B. Ioannis Euangelistæ, his verbis: *Scriptis Ioannis illam nobilem Apocalypsim, qua profectò cum septem Asia Ecclesiis mittitur, omni vniuersali Ecclesia, qua sub septiformi spiritus sancti magisterio regitur, destinatur: vnde consequens est, vt omnes Ecclesia per orbem terrarum circumfusa, non dubitent B. Ioannem communem se habere Doctorem, quibus videlicet tanquam egregius quidam regali imperij nuntius ab Iesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps Regum terra, calitiæ destinatus gratiam simul & pacem ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est attulit, ac multa secreti caelestis mysteria patefecit.*

Gratia vobis, & pax à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt.

SECTIO VI.

IMMORATUR Apostolus in sua salutatione, precaturque omnibus diuinam gratiam, qua diuina beneuolentia, & amicitia continetur: & conscientie pacem, quae diuinam gratiam consequitur: sic enim haec accipienda sunt, idque hoc loco *ἄρετας*, & *ἁγία* Graecè significant. Vtrumque verò donum efflagitat à septem spiritibus, qui diuino throno assistunt. Arethas Caesareae Episcopus, Primasius, Beda, Haymo, Rupert. Ansbert. Lyrani. D. Thom. Ioachim Abbas, & reliqui per hos septem spiritus, intelligunt septem spiritus sancti dona omnes in hunc locum, & in c. 5. huius operis, ubi Ioannes vidit Agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem: *Qui sunt*, inquit, *septem spiritus Dei missi in omnem terram.* Quae tamen expositio durissimè nobis videtur: nec enim video, quomodo Ioannes pacem postulet à septem donis spiritus sancti, hoc est à rebus inanimis, neque quomodo missi dicantur in omnem terram, quidquid D. Thom. pro huius rei expositione laboret. Multo mius placet eorum sententia, quae ipsum spiritum sanctum eorum donorum auctorem hoc loco intelligunt. Rectius illi sensisse videntur, qui septem hosce spiritus, vniuersam Angelorum multitudinem interpretantur, iuxta numeri septenarij mysterium à nobis paulò superius explicatum: sed nec ea sententia coficere videtur cum sacris literis: ob rationem, quam statim afferemus. Arbitratur igitur septem esse supremos spiritus, qui astant ante diuinum thronum, & vniuerso orbi, rebusque mortalium praesidentes, à quibus inferiores Angeli accipiunt, quae ad mundi administrationem pertinent. Ratio verò quae nos mouet ea est, quia constanter in sacris literis septem spiritibus dicuntur coram Deo assistere, vt admodum difficile sit, existimare omnibus iis in locis numerum septenarium mysticè accipiendum esse. Enim verò praeter duo loca, quae iam citauimus, legimus Apocal. 8. *Et vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei.* Et cap. 5. 16. & 17. septem Angeli memorantur quasi curam habentes vniuersae terrae. Denique Tob. 12. *Ego sum*, inquit, *Raphaël Angelus, vnus ex septem qui astant ante Dominum.* Atque haec sententia est Clem. Alex. lib. 6. Stromatum ad finem, ubi fuse agens de numero septenario, sic habet: *Septem sunt quorum est maxima potentia, primogeniti Angelorum principes.* Nec verò nobis officit duplex, aduersariorum ratio. Primum enim absurdum existimant prius nominari septem hos spiritus, quam Christum, si septem Angeli sunt. Deinde à pietate alienum, quod gratia ab illis postuletur: neque enim absurdum fuit praeponi Angelos Christo, cum quo continuanda erat sequens oratio, & laudes ipsius Christi, quas deinceps Ioannes persequitur: & consentaneum pietati est, pacem & gratiam ab Angelis, non tanquam ab auctoribus, sed tanquam ab administris postulare.

Et à Iesu Christo, qui est testis fidelis.

SECTIO VII.

I GRATIAM postulat à Christo Domino, quem testem, fidelem appellat. Prima expositio, & quidem stricta, est Arethae Episcopi existimantis, Ioannem loqui de ea confessione, cuius meminit Paulus 1. ad Timoth. 6. *Qui respondit*, inquit, *reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem*, aitque fuisse eam, cum dixit Ioan. 18. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Secunda, iam latior est Primasij, Haymonis & Lyrani, dicentium Christum appellari testem fidelem, quia fideliter dedit de Patre, eiusque natura testimonium, iuxta illud Ioan. 17. *Et notum feci eis nomen tuum, et notum faciam: quod opere prestauit, cum dixit Ioan. 14. Pater in me manens, ipse facit ea.* Et Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum vt filium suum vniuentum daret.* Atque ob hanc causam appellatur Christus in sacris literis, *facies Patris*, quia quemadmo-

Arethas.
Primasius.
Beda.
Haymon.
Rupert.
Ansbert.
Lyrani.
D. Thom.
Ioach. Abb.

Septem prim-
cipales Angeli
ante Deum.

Apoc. 8. 2.
Tob. 12. 15.

Clem. Alex.

Christus testis fidelis.
Arethas.
1. ad Tim. 6. 13.
Ioan. 18. 30.
Primasius.
Haymon.
Lyrani.
Ioan. 17. 26.
14. 10. 316.

dum hominem per faciem cognoscimus, ita Patrem cognouimus per Christum. Sic intelligendus est locus ille Malachiae 3. *Ecce ego mitto Angelum meum, qui praeparabit viam ante faciem meam: quo in loco loquitur ipse Deus Pater, & appellat Angelum Ioannem praecursorem, per faciem autem Christum intelligit: quem admodum testatur Galatinus libro 3, de Arcanis Catholicae veritatis cap. 12. Osee 6. *Viuificabit nos post duos dies, & in die tertio suscitabit, & viuemus ante faciem eius, quem locum exponens Rabbi Moyses. *Viuemus, inquit, ante faciem eius, qui est rex Messias, sicut dictum est Psalm. 79. *Domine Deus virtutum conuertere nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. Vbi faciem tuam Messiam tuum interpretatur. Quae expositio etiam est D. Hieronymi in commentarijs super eundem psalmum. Eodem modo intelligendum est illud Psalmi 88. *Misericordia & veritas praecedent faciem tuam, id est, Christum. Sic etiam Theodoretus in quaestionibus super Numeros quaest. 11. intelligit illud Numerorum. 6. Cum Sacerdos populum ita benedicebat ex precepto Domini. *Quoniam datus Dominus faciem suam tibi, & miseratur tui, conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Vbi Theodoretus vult aduentum Christi flagitari. Atque ad eum locum videtur allusisse R. Regius vates, cum dixit, Psalm. 66. *Deus miseratur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & miseretur nostri. Quod etiam videtur referendum illud Ecclesiastici. 36. *Secundum benedictionem Aaron da populo tuo. Vt videlicet etiam hic Messiae aduentus postuletur.********

Tertia expositio adhuc fusior, & communior est Ruperti dicentis appellari I. Christum testem fidelem, quia testimonium perhibuit omni veritati, quem admodum idem Christus testatur Ioannis 18. *Ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritatis: quod multo ante praedictum fuerat ab Esai. cap. 55. illis verbis: *Ecce testem populo dedi eum, duceam ac praecipitorem gentibus, pro quo Septuaginta transtulerunt, *Ecce testimonium gentibus dedi eum, principem, & praecipitorem gentibus. Vbi iam cernis Christum non solum testem, sed ipsummet testimonium appellari: tamen si autem D. Ambrosius sermone 5. in Psalm. 118. in illa verba, *Da mihi intellectum, citans hunc locum Esaiam, accipiat testimonium passiuè, ut videlicet Christus dicatur testimonium, quia omnes Prophetae eum testati sunt: actiuè tamè sumendum esse, perspicuum est ex nostra editione vulgata, quae testem habet. Quamquam verò Christus omnis veritatis testimonium praebuit, peculiari tamen, imò & praecipua ratione testimonium fuit Diuinae erga nos benevolentiae, quemadmodum auctor est D. August. in illa verba Psalm. 118. *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs Testimonia, inquit August. sunt ea, quibus Deus, quantum nos diligit, nobis probare dignatur: cum ergo Christus dicat, *Ego sum via, Ioan. 14. & humilitas eius carnalis naturae, atque passionis, ostendit sint testimonia diuina, erga nos dilectionis, Ioan. 14. 6. proculdubio via testimoniorum Dei Christus est. Atque ob eam causam fuit Christus Dominus in illo caelesti arcu, seu lude figuratus, quam Deus signatum, ac monumentum suae erga homines benevolentiae, & reconciliationis esse voluit. Genes. 19. quemadmodum exponit Rupertus lib. 4. in Genesis cap. 36. *Propterea nimirum arcus ille sagitta caret, & in caelum non in terram armatur, quia caelum terra conciliat. Illud hoc loco est aduertendum. Quamuis Pater testimonium de Christo perhibuerit. Matth. 17. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: quo etiam sensu D. Chrysostomus homilia 43. in Ioannem, & Euthymius etiam in Ioannem, interpretantur illud Ioan. 6. *Hunc enim Pater signauit Deus, seu ut Graecè habetur sigillauit, quia Pater signo suo, id est, testimonio tam voce, quam miraculis, Christum ab alijs hominibus secessit, & quasi nota distinxit, sigilloque filium suum esse demonstrauit, quod & ipse Christus confitetur, Ioan. 5. *Qui mihi quidem.**********

VIE GAS
 APPO
 17



Ioan. 5. 6. me Pater ipse testimonium perhibuit de me. Quamvis etiam Spiritus sanctus testis Christi fuerit, iuxta illud I. Ioann. 5. Spiritus est qui testificatur, quoniam Christus est veritas. Et Ioan. 15. Cum venerit Paracletus, ille testimonium perhibebit de me. Nihilominus Christum, per excellentiam appellari testem multas ob causas, quæ ipsi peculiari ratione conveniunt.

IIII. Prima est, Quia cum sit verbum Patris, atque ad eum ab eo procedens per actum intellectus, ex virtute processionis potest testari, & eloqui, quæ Pater intelligit. Quæ ratio per se vsus est ipse Christus Ioan. 3. Amen Amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Et ibidem Ioannes Baptista loquens de Christo sic ait, qui de celo venit super omnes est, & quod vidit, & audivit hoc testatur. Et Christus Ioannis 8. Ego, inquit, quod vidi apud Patrem, & quæ ex aurius. audivi ab eo, hæc loquor. Vbi obiter obserua Christum esse testem & oculatum, & auritum, atque ad eum fidelissimum, quippe qui vidit, & audivit ea, quæ loquitur. Dicitur autem videre, quia verè videt suam essentiam, quæ est Patris: audire autem, quia scientiam habet à Patre. Secunda ratio est, Quia omnia, quæ tanquam

verbum Patris alijs enuntiauit, sua ipsius morte testatus est, & sanguine obsignavit. Pro cuius rei maiori expositione, sciendum est fideles eo ipso, quod Deo reuelanti credunt, & adherent, testes appellari, quia videlicet fide sua, tanquam sigillo signent Deum esse veracem: quemadmodum discipulis verbis docuit Ioannes Baptista loquens ad fideles, Ioannis 3. Qui autem accipit eius testimonium, id est Christi, signavit quia Deum verax est: id est ipsa fide veluti quodam sigillo Deum esse veracem confirmavit, (quo loco obiter aduerte fidem sigillum appellari.) Cæterum tunc esse locupletissimos testes, cum passione sua & morte idem confirmant, & fidei sigillum tincto & asperso sanguine passionis obsignant. Vnde simpliciter tunc Martyres, id est testes dicuntur. *Μάρτυρ* enim Græcè idem est, quod Latine testis: cum igitur Christus Dominus multò excellentius passione sua, ac morte veritatem obsignauerit, rectè per excellentiam Martyr, seu testis fidelis dicitur. Tertia & postrema ratio est Ioachimi Abbatis, quia nimirum maximè humilis fuit, inde enim factum est, vt non quæreret gloriam suam: sed Patris, atque ita veritatem ipsam fideliter testaretur, & Deum magnè sua humilitate prædicaret, iuxta illud Ecclesiast. 3. Quoniam magna potentia Dei solius, & à solis

humilibus honoratur, quæ est mirifica humilitatis excellentia. Ex his omnibus perspicuum relinquitur, Christum esse fidelissimum testem, & aptissimè in eum quadrare illud Psal. 88. *Thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum & testis in celo fidelis.* Quem locum Theodoretus exponens, vltima verba sic interpretatur: *Horum omnium quæ superius promissa sunt, est testis in celo fidelis, ipse nimirum Deus, qui ea promisit, & complebit: Alij magis ad literam per testem in celo fidelè intelligunt Iridem, seu cælestem arcum, quem Deus in testimonio suæ erga hominè beneuolentiæ in celo collocavit: ita vt throni Messie stabilitas Soli & Lunæ; pulchritudo verò eidem Soli & Lunæ perfectæ, id est, in plenilunio positæ & pulcherrimæ Iridi cõparetur. Verum cum per Iridem, vt supra diximus ex Rurferto, Christ. Dom. fuerit expressus testè huc in celo Melem, de eodè possumus accipere cum Remigio, & D. Hier. in commentarijs eius loci.*

Primogenitus mortuorum.
SECTIO VIII.
CH RIST I laudes & præstantiam singularem persequitur Ioannes. Primum igitur notandum est, Christum & quatenus Deus est, primogenitum Patris, & qua

Prima ratio
 Ioan. 3. 11.
 Ibidem. 31.
 Ioan. 8. 18.
 Christus se-
 sius oculatus,
 & auritus.

Secunda.
 Fideles, Deum
 esse veracem
 quomodo si-
 gnent.

Ioan. 3. 33.
 Fides, sigillum.

Martyr
 quid.

Tertia.
 Ioach. Abb.

Ecc. 3. 21.
 Humilitas
 excellentia.

Psal. 88. 37.
 Theodoret.

Per testem fi-
 delem quid
 alijs intelli-
 gant.

Testis in ce-
 lo fidelis.
 Christus.
 Remigius.
 Hieronym.

& quatenus homo est, primogenitum virginis appellari, non quod alios fratres naturales habuerit, sed more Scripturarum, quæ primogenitum eum nominant, non quem fratres sequantur, sed qui primus natus est: quæ observatio est D. Hieronymi libro aduersus Heluidium hæreticum impie asserentem, Beatissimam Virginem alios quoque filios procreasse, ex eo quod Luca 2. dicatur, *Peperisse filium suum primogenitum*: contra quem disputans D. Hieronymus docet omnem unigenitum appellari in sacris literis primogenitum, non item omnem primogenitum, unigenitum, nec necessarium esse aliorum fratrum sobolem, ut quis primogenitus nominetur. Id quod probat dupliciter. Primum ex eo quod Dominus Exod. 13. & 34. præcepit, ut omne quod aperiret vuluam, ab homine & que ad pecus sibi consecrarent, tantummodo primogenita hominum, & primogenita pecorum immundorum, pretio redimerentur: quibus verbis censet Hieronymus, Deum designasse quid esset primogenitum. *Omne, inquit, quod aperit vuluam, alioqui, inquit, non est primogenitus, nisi is tantum, quem sequuntur fratres, tandem sacerdotibus primogenita non debentur, quando alia non fuerint procreata, ne forte partu postea non sequenti unigenitus sit, & non primogenitus.* Deinde ex eo quod dicitur Exod. 12. *Percussit Dominus omne primogenitum in terra Egypti, a primogenito Pharaonis, usque ad primogenitum captiuam, quæ erat in carcere, & primogenitum iumentorum.* Dic mihi, inquit Hieronymus, si primogeniti tantum illi vocantur qui fratres habent, ergo ab interemptione unigeniti liberati sunt, si autem unigeniti cæsi sunt, contra sententiam factum est, ut inter primogenitos, & unigeniti morentur.

D. Hieron.
Heluidij im-
pia asseritio.
Luc. 27.

In sacris pri-
mogeniti, qui
dicantur ex
Hier.
Exod. 13. 2.
ibid. 34. 19.
Hieron.

Exod. 12. 19.

D. Hieron.

Deinde Christus, quatenus homo appellatur in sacris literis primogenitus omnis creatura, quia fuit primus omnium prædestinatorum: voluit enim Deus primaria sua intentione, & voluntate mysterium incarnationis, Christumque Dominum caput esse, & fidem orantium diuinorum sperum. Id quod conceptis verbis docuit Apostolus ad Coloss. 1. cum dixit de Christo loquens, *Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creatura, quoniam in ipso condita sunt uniuersa in cælis, & in terra, visibilia, & inuisibilia, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant, & ipse est caput corporis Ecclesie, ut sit ipse in omnibus primatum tenens: quæ omnia de Christo, ut homo est, dicta esse, docet D. Hieronymus in eum locum. Idem probatur ex cap. 8. ad Rom. Quis præsciuit, & prædestinavit, conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: quem locum quanquam D. Thom. & alij de Christo, ut Deus est, exponunt: tamen longè melius D. Chryso- st. & Hieronymus, Anselmus, & alij de eo, ut homo est, interpretantur. Atque hanc ob causam tradunt Hebræi, Messiam in sacris literis appellari *Germen*, ut Esaia 4. *In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terra sublimis.* Et Zachar. 3. *Eccc ego adducam seruum meum Orientem, quo loco pro, Orientem.* Est Hebraicè *Tsemach*, id est *Germen*: Et Zachar. 6. *Eccc vir Oriens nomen eius, pro quo Hebraicè, est Tsemach, id est, Germen nomen eius, à verbo Tsemach, quod significat, germinare.* Et D. Hieronymus ipsum nomen *Themach* vertere solet *Germen*, ut loco Esaia citato. Et Hierem. 23. *Suscitabo David germen iustum.* Et cap. 33. *In tempore illo germinare faciam David germen iustitie: quibus locis Paraphrastes Chald. semper transtulit, *Messias* loco *germinis*: nec nobis officit, quod 70. ibidè *אורח צדק*, id est, *Orientem* reddiderunt: etenim *אורח צדק*, Græcè idem est, quod *produco* per germinationem, & idem ferè quod Latine *Orior*, atque eadè non solum de Sole & astris, sed etiam de hominibus, & plantis dicitur, ut probatur ex Psalm. 103. *Nam ubi non habemus, Producentis fœnum iumentis.* Græcè est verbum *ἐκβαλλω*, & D. Hier. vertit, *Germinans*: Ratio verò huius**

II.
Christus om-
nis creatura
cur primoge-
nitus.
Coloss. 1. 15.

Chryso-
st. ad Rom. 8.
19.

D. Thom.
Chryso-
st.
Hieronym.
Anselmus.
Item cur ger-
men.
Esa. 4. 2.
Zach. 3. 8.
Zach. 6. 12.
Hieronym.
Hier. 23. 5.
idem 33. 15.

Psalm. 103. 14.
Hieronym.

Vniuersum
conditū pro-
pter Meffiam.

nomenciaturæ ea est, quia sicut ad fructum ferendum tota arbori, plantatio & irrigatio refertur, ita totum vniuersum, & omnes creaturæ vnius Messia causa conditæ sunt: quocirca ipse vniuersi *Germen* appellatur.

III
Prou. 8. 22.
Clem. Rom.
Nazianz.
Nyssen.
Damasceen.
Cyrillos.
Alex.
D. Basil.
Athanas.
Cæsarius.
D. Chrysof.
D. August.
Ambrosius.
Epiphanius.
Hilarius.
Hieronym.
Fulgent.
Epiphanius.
Christus præ-
destinatorum
primus.
Eccles. 2. 4.
Psal. 88. 28.

Eadem veritas luculentè ostenditur ex Prouerb. 8. cum dicitur, *Dominus possedit me in initio viarum suarum*. Seu, vt 70. transtulerunt, *Dominus creauit me in initium viarum suarum*, quem locum, de Sapientia incarnata, id est, de Christo ratione humanitatis intellexerunt Clem. Roman. lib. 5. constit. Apostolicarum cap. 19. Greg. Naz. Orat. 36. Greg. Nyssenus lib. de fide ad Simplicium, D. Ioann. Damasc. lib. 4. fidei orthodoxæ cap. 19. Cyrillus Alex. lib. 5. Thesauri cap. 4. & 8. D. Basil. lib. 4. contra Eunomium, D. Athan. serm. 3. contra Arianos, Cæsarius in Dial. 2. D. Chrysof. serm. de S. Trinit. D. Aug. lib. 1. de Trinit. cap. 12. & serm. 58. de verbis Domini. D. Ambros. lib. 1. de fide cap. 1. Epiph. in Anchorato, & hæresi, 69. D. Hilar. lib. 12. de Trinit. D. Hier. super 2. cap. epist. ad Ephes. & lib. 2. in Michæam ad initium. D. Fulgent. lib. ad obiectiones Arianorum, in responsione ad 3. Denique Epiph. loco citato dicit hanc esse expositionem magistorum Patrum. Enimverò cum Ariani hoc testimonio abuterentur contra Filii diuinitatè, quippe qui creatus & possessus diceretur: respondebant Patres, id dictum fuisse de Filio ratione humanitatis. Quo supposito restè hinc ostenditur, Christum Dominum esse primum prædestinatum, & totius vniuersi finem: id enim significat esse initium viarum Domini, per quas creaturæ vniuersæ intelliguntur. Atque eodem sensu interpretari possumus illud Eccle. *Ego ex ore altissimi prodii primogenita ante omnem creaturam*. Et illud Psal. 88. *Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terra*.

Christum Dominum, vt homo est, esse caput Angelorum, gratiamque illis, & gloriam promeruisse.

SECTIO IX.

HIC colligimus, cum Christus dicitur, *Primogenitus omnis creaturæ*, non esse excludendos Angelos, quin potius dicendum, Christum vt homo est, esse caput Angelorum, gratiamque illis, & gloriam meruisse, quæ illis data sint propter eius præuisa merita: quæ sententia est Cyrilli Alexandrini lib. 5. in Esaiam, D. Greg. li. 1. in libros Regum cap. 2. in illa verba: *Non est alius extra te. subauditur, inquit, sanctus, quia nullus hominum, neque Angelorum sanctus est, nisi per Christum*. Idem habet homil. 14. in Ezechiel. Laurentij Iustiniani serm. de Ascensione, & serm. de Assumptione Virginis, Ruperti lib. 3. de processione Spiritus sancti cap. 21. citari etiam solet pro eadem sententia D. Bernard. serm. 17. & 22. in Cantica. In eadem sententia est D. Thom. super illud Ioann. 1. *De plenitudine eius nos omnes accepimus: hoc est, inquit, D. Thomas, Omnes Apostoli, Patriarcha, Propheta, & iusti qui fuerunt sunt, & erunt, & etiam omnes Angeli*. Et paulo inferius. *Quia, inquit, plenitudo gratiæ, quæ est in Christo, est causa omnium gratiarum, quæ sunt in omnibus intellectualibus creaturis*. Et 3. par. q. 8. art. 1. absolute dicit Christum influere gratiam in omnia membra Ecclesiæ: & statim art. 4. docet, hanc Ecclesiâ, cuius Christus est caput, & in quam influit, constare ex hominibus, & Angelis. Eadem tueretur Albertus Magnus in 3. dist. 13. art. 1. Ruardus Taper in explicacione art. 2. Loquaniensis circa principium, & articulo 8. & ex professo Catharinus lib. 1. de Christi prædestinatione, & opusculo de Gloria, & peccato Angelorum, Ioannes Arboreus lib. 3. suæ Theolophiæ cap. 13. Viguerius in institutionibus cap. 20. §. 1. verfic.

Christū me-
ruisse Ange-
lorum
statuitur ex
Patribus.
Cyril. Alex.
Gregorius.
1. Reg. 6. 2. 2.
Lauis Insl.
Rupertus.
D. Bernard.
D. Thom.
Ioan. 1. 6.
Idem 3. par.
Albert. Mag.
Ruardus.
Catharinus.
Arboreus.
Viguerius.

versic. 4. Iacobus Naclantus super primum caput Epistolæ ad Ephesios, & in libro cui titulus est: Medulla sacræ scripturæ, in tertia mundi ætate cap. 2. Pu- gnant etiam pro eadem sententia nonnulla Pauli testimonia, cuiusmodi est illud ad Coloss. 1. *Complacuit per eum reconciliare omnia pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in caelis sunt.* Et illud ad Ephel. 1. *Instaurare omnia in Christo quæ in caelis, & quæ in terra sunt.* Quo loco Græcè pro Instaurare est ἀνακεφαλαιώσατο, id est, recapitulare, quia sub vno Christo omnia quodammodo vnum effecta sunt, quod idem verbum eadem significatione vsurpauit Apost. cum dixit ad Rom. 13. *Qui diligit proximum, legem impleuit, nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, diliges proximum tuum sicut teipsum.* Nam pro Instauratur, est Græcè ἀνακεφαλαιώσατο, id est, recapitulatur, hoc est, summam continetur, ductâ metaphora à Rhetorum epi- logis, in quibus tota causa summam repetitur, quod illi ἀνακεφαλαιώσατο, ap- pellant: vnde idem Apostolus ad Hebr. 8. volens summam seu epilogum facere eorum, quæ dixerat, ait: *Capitulum autem super ea quæ dicuntur, quo loco pro Capitu- lum, est Græcè κεφάλαιον, hoc est summa, siue caput, aut epilogus: itaque in Chri- sto, tanquam in summa, instaurata seu recapitulata sunt omnia: in quem sensum videtur Aquila Ponticus in sua translatione Græca, ex Hebræo, sic librum Ge- nese. incepisse. In capitulo, vel In summa scribit Deus cælum & terram: sic enim transtu- lisse auctor est D. Hieronymus in principio Hebraicarum questionum. Et Se- uerianus Episcopus in exordio Hexameron: per quod capitulum, siue summam possumus Christum accipere, iuxta illud Psalmi 39. *In capite libri scriptum est de me.* Quod quamquam Arnobius, & Augustinus accipiunt de initio Psalmorum: in quo volunt de Christo dici, *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum.* Tamen Ter- tullianus libro contra Praxeam, & D. Hilarius in expositione Psal. 2. de initio to- tius scripturæ interpretantur, vt illud, *In principio, sit idem quod in Filio, & simul Christi recapitulatio cæli & terræ appelletur, quia sub illo, tam Angeli, quam homines per gratiam & gloriam militant.**

Denique confirmatur hæc sententia, quia constat ex sacris literis Christum II. Dominum, vt homo est, esse caput Angelorum, vt est perspicuum ex illo ad Eph. 1. *Ipsium dedis caput super omnem Ecclesiam: id est, ex hominibus, & Angelis constan- tem, vt interpretatur D. Hieron. & D. August. in Enchirid. cap. 56. & ad Coloss. 2. Qui est caput omnis principatus & potestatis.* Id quod etiam affirmat D. Hilar. in Psal. 139. & D. August. concione 5. in Psal. 36. Cum igitur capitis sit influere in mem- bra, Christusque sit caput præstantissimum, debuit sanè perfectissimo modo in Angelos influere, gratiam videlicet & gloriam illis impertiendo. Ex quo etiam colligimus, posse Christum dici propriè Redemptorem Angelorum (quod qui- dam concedere formidant) redemptione tamen alterius rationis, quam nostra sit, hoc est, per præseruationem: sic enim loquitur auctor D. Bernard. serm. 17. & 22. in Cantica, & Theodorus ad Hebr. 2. dicit Christum pro omnibus creaturis fuisse mortuum, ex illis verbis Pauli, *Vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem, vbi Græcè est ὑπὲρ πάντων, id est, pro vniuerso, quem modum redemptionis etiam affert Dionysius Areop. cap. 8. de diuinis nominibus, his verbis: Idcirco etiam re- demptionem illam theologo nominant, ex eo, quod non fuit, quæ verè sunt, ad id cadere, vt non sint: & id colligitur ex Psal. 143. vbi rex Dauid dicit se redemptum de gladio gi- gantis Goliath, sub quo nunquam fuit, sed quia fuit præseruatus Diuino benefi- cio, redemptum se appellat cum ait: *Quia redemisti Dauid seruum tuum, de gladio mali- gno, eripe me.* Sic enim hunc locum nonnulli dispungunt, & interpretantur.*

Iacobus.
Nacl.
Probatior idè
ex Paulo.
Coloss. 1. 20.
Ephel. 1. 10.
Rom. 13. 8.

Heb. 8. 2.

Aquil. Pont.

Gen. 1. 1.

Hieronym.

Seuerianus.

Psal. 39. 8.

Arnobius.

Augustinus.

Tertullianus.

Hilar.

Christus vni-
uersi recapit-
ulatio.

II.

Ephel. 1. 22.

D. Hieron.

Augustin.

Coloss. 2. 10.

Hilar.

August.

Christus dici
potest propriè
Angelorum

redemptor.

Bernard.

Theodor.

Hebr. 2. 9.

Dion. Areop.

Psal. 143. 10.

Christum esse primogenitum in multis fratribus.

SECTIO X.

DICITUR postremò Christus primogenitus in multis fratribus, ad Rom. 8. *Et sic ipse primogenitus in multis fratribus*, quò etiam pertinet illud Psalm. 88. *Et ego primogenitum ponam illum excelsum pra regibus terra.* Primogenitum, inquam, id est, praeipuum filiorum, cui primogeniturae priuilegia debeantur: de quibus priuilegiis legendus est Abulensis in 25. cap. Genesis. Pro cuius maiori expositione nò aduertendum est, omnes homines esse fratres Christi propter communionem naturae cum Christo, praeipue verò fideles propter fidem, quam habent in Christum, & maximè iustos, propter communionem gratiae, iuxta illud Ioan. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*, id est, fratres Christi. Et ad Hebr. 2. *Non confunditur fratres fratris mei*, &c. Atque hanc ob causam Christus se appellat sapissimè filium hominis, vt Ioan. 3. *Exaltari filium hominis*, & aliàs: non solum, vt vult Tertullianus libro de carne Christi, & Irenaeus lib. 3. contra Valentinum cap. 21. vt intelligeremus, eum non solum esse verum hominem, sed carnem accepisse nascendo. Adam enim homo fuit, sed filius hominis non fuit, quia carnem non accepit nascendo: sed etiam vt significaret se iam cum hominibus cognationem carnis habere, fratremque nostrum per assumptam humanitatem esse: vnde olim Christiani se communiter fratres appellabant, quemadmodum auctor est Tertullianus in Apologetico cap. 39. & lib. de corona militis cap. 1. lib. 3. contra Marcionem, & Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum. Cæterum, vt diximus, iusti peculiari ratione fratres Christi appellantur, quia sunt gerè filij Dei adoptiui, per veram adoptionem, quæ est ipsa iustificatio, quemadmodum docet D. August. epist. 120. cap. 4. & lib. 3. contra Faustum Manichæum. Ratio verò est, quia iustificatio est veluti quædam generatio: atque de hac adoptione intelligendum est illud Ioan. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Et illud 1. Ioan. 3. *Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei naminemur, & simus.* Et ad Rom. 8. *Accipistis spiritum adoptionis filiorum per Iesum Christum.* Et ad Ephes. 1. *Prædestinasti nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum.* Vnde Paulus Apostolus rectè ex hac adoptione ad ius hæreditatis argumentatur, cum ait ad Rom. 8. *Quod si filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi:* quæ de re legendus est D. Thom. 3. part. quæst. 23. art. 1. horum igitur omnium fratrum, Christus appellatur Primogenitus.

Christum esse Primogenitum mortuorum, & primitias dormientium.

SECTIO XI.

VLTIMO dicitur Christus, *Primogenitus mortuorum* quod hoc loco ait Ioannes, quia primus omnium ad vitam immortalem reuixit: quo etiam sententia appellatur, *Primitias dormientium*, 1. ad Corinth. 15. Pro cuius rei intelligentia sciendum est, resurrectionem esse veluti quandam regenerationem, sic enim appellatur à Christo Matth. 19. *In regeneratione, cum sederis filius hominis*, &c. eamque ob causam sepulchrum, vtero comparatur. Vnde Diuus Ambr. serm. 48. de sepulchro Christi loquens *Vbi que, inquit, beato Corpori deservit sanctitas, vbi que virginitas, purus illud venter concepit, nouus tumulus includit, quin potius ipsam sepulchrum vulnam dixirim, est enim similitudo non parua, sicut enim Dominus de matris vulna*

vinus exiit, sic de sepultura viuis surrexit, nisi quod gloriosior ista est, quam illa natiuitas, illa enim corpus mortale genuit, hac edidit immortale. Post illam natiuitatem, ad inferos descenditur, post hanc, remeatur ad caelos: quare Christus a mortuis resurgens iterum genitus dicitur, primogenitus autem, quia primus omnium resurrexit immortalis.

Verum iam hinc illa sese offert controuersia de resurrectione videlicet eorum, II. qui Matth. 27. dicuntur surrexisse. Dum enim Mattheus signa, quae in ipso Christi obitu acciderunt, commemoraret, subiunxit. *Monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt.* In qua quidem quaestione duplex est sententia. Vna est, eos, qui a Mattheo commemorantur, non surrexisse ad vitam immortalem, sed iterum obijisse postquam resurrectionem Domini testati fuerant: quae sententia est ferè omnium veterum, quam sequitur Diuus Augustinus epistola. 99. quae est ad Euodium, eamque nititur confirmare ex Actuum 2. vbi Diuus Petrus contendit, illud Psalmi, 15. *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem,* non de Dauide, sed de Christo esse intelligendum, idque ex eo probat. *Quia Dauid, inquit, mortuus est & sepultus, & sepulchrum eius apud nos est. Si autem Pectus non intelligeret ossa Prophetae illic iacere, nihil planè probasset: erant igitur tempore Petri Dauidis ossa in sepulchro: Cum igitur, inquit Augustinus, Dauid resurrexerit simul cum illis, qui cum Christo resurrexerunt, plane iterum obijt, atque adeo resurrexit mortuus.*

Secundò, argumentatur ex illis verbis Pauli ad Hebraeos 11. *Et si omnes testimonio fidei probati, non acceperunt reprobationem, Deo pro nobis aliquid melius providente, ut non sine nobis consummarentur,* id est, gloriam animae, & corporis reciperent. Tertio possumus argumentari pro Augustino in hunc modum. Iob Patriarcham resurrexisse cum Christo, habetur Iob. 42. iuxta editionem Septuaginta interpretum, & Theodotionis, quae sic habet: *Scriptum est autem, ipsum rursus resurrecturum cum quibus Dominus resurgit,* vbi particula, *rursus,* innuit, cum Iob ab illa sua calamitate diuinitus erectus est & excitatus, tunc quodammodo resurrexisse. Haberi autem haec in editione Septuaginta auctor est Origenes in epistola ad Iulium Africanum, eamque historiae partem tanquam legitimam amplectuntur Diuus Chrysostomus homil. 82. ad populum Antiochenum, Theodoretus quaest. 92. in Genesis, Polychronius in hypothesi super librum Iob, Olympiodorus in sua item hypothesi, & in Protheoria cap. 32. & in commentarijs, Iulianus Scuerus, & Euagrius in suis explanationibus, quibus postremam Iobi partem illustrarunt: quos omnes citat Paulus Comitulus Societatis nostrae in Catenam Iob à se elegantissime è Graeco in Latinum conuersa, & etuditijs obseruationibus illustrata. Sed quod maioris est ponderis, Clemens Romanus lib. 5. Constitutionum Apostolicarum cap. 6. eandem partem tanquam canonicam citat, his verbis: *Diuus ille, atque insignis tolerantia Iob, de quo ait scriptura, cum esse, ipsum rursus suscitandum cum quibus Dominus resurgit.* Ambrosius etiam lib. 1. de interpellatione Iob cap. 8. Hoc testimonio tanquam scripturae sacrae titulus, ad probandum Iob cum Christo à mortuis fuisse suscitatum. Denique eandem sententiam legimus in versione Graeca Septuaginta interpretum nuper correctae ex auctoritate Xisti. V. Pontificis maximi, ad fidem vetustissimarum, & probatissimorum codicum. Ex his huiusmodi ducitur argumentatio. Iob cum Christo resurrexit, ut haecenus probauimus, & tamen dicit de seipso cap. 29. quod sit in nouissimo die resurrecturus. Scio, inquit, quod in nouissimo die, de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum. Ex quo efficitur, illum post priorem resurrectionem,

Mat. 27. 52.
Surrexerunt
ne aliqua
corpora san-
ctorum in obitu
Christi
1. Sententia.
Augustin.
1. Argum.
Act. 2. 28.
Psalm. 15. 10.
De August.
III.
Secundum.
Heb. 11. 39.
Tertium.
Iob. 42.
A calamitate
sua ere-
ctus Iob quo-
dammodo
resurrexit.
Origenes.
Chrysost.
Theod.
Polychron.
Olymp.
Iulian.
Euagr.
Paul. Comi.
Clem. Rom.
D. Ambro.
Deducitur
argumenta-
tio pro Aug.
Iob. 29. 24.

VIEGAS
Iob
Patriarcham
resurrexisse
cum Christo

III.

Theoph.
Sotas
2. Sententia
qua praefer-
tur.
D. Thom.

H. Hieron.

Prima ratio.

Secunda.

Postrema.
Caiet.

V.

Respondetur
loci scripturae
pro 1. senten-
tia.Ad primum.
Ad secundum.

Ad tertium.

Iob 19, 25.

Deciditur
questio.

iterum obiisse, alioqui enim iterum in nouissimo die resurgere, haud posset.
Hæc sunt potissima, quæ pro Augustino adduci queunt, quam etiam sententiam sequitur Theophilactus in 27. caput Matthæi, & Dominicus Soto dist. 43. quæst. 2. art. 1. quarti lib. sententiarum. Ea tamen ut verum fatear placere mihi nunquam potuit, quemadmodum neque Cardinali Caietano in vigesimum septimum caput Matthæi, & in commentarijs in tertiam partem quæst. 53. Nobilium præterea sententia super idem caput Matthæi, & fauet D. Thomas in 4. distinct. 43. & in additionibus quæst. 77. art. 1. quanquam 3. part. quæst. 33. artic. 3. magis videtur ad Augustinum accedere, quatenus ait, eius rationes efficaciores videri. In eandem nostram sententiam magis propendet Diuus Hieronymus in sermone de Assumptione, quæuis eam sub lite relinquat: & quamuis in vigesimo septimum caput Matthæi, dicat eos qui cum Christo surrexerunt, surrexisse, sicut surrexit Lazarus, quod non possumus verè ac realiter, sicut Lazarus, non verò ad vitam mortalem interpretari. Triplex potissimum ratio nos fauet. Vna est, quia alioqui si surrexerunt morituri, resurrectio eis non beneficium, sed pena fuisset. Altera, quia resurrexerunt, ut sua resurrectione, Christi resurrectionem testarentur, quemadmodum vel ipsi aduersarij confitentur, non fuissent autem resurrectionis Dominicæ testes idonei, si iterum obierunt, facile enim sibi homines persuaderent, Christum etiam resurrexisse moriturum. Postrema, quæ Caietani est, quia cum homo sit animal sociabile, debuit Christus secum aliquos in corporibus gloriosis excitatos in cælum deferre, cum quibus ageret, alioqui non fuisset, eius in cælo vita, ac felicitas omnibus numeris expleta, & absoluta.

Ad primum locum pro Augustini sententia adductum, concedimus Davidem resurrexisse cum Christo ad vitam immortalem, nec amplius obiisse. Ad Petri autem institutum, non erat opus, ut eo ipso tempore Davidis cineres in sepulchro illo existerent, sed satis erat esse apud omnes vulgatissimum, Davidis corpus in eo sepulchro vidisse corruptionem, & in cineres fuisse cõuersum. Ad secundum. Dicimus illud, *Non acceptis re promissionibus*, Ad mysteria gratiæ, & incarnationem Christi referendum, ut non sine nobis, inquit, consummarentur, quia nimirum perfecta consummatio in lege gratiæ completa est. Quod si quis contendat, istam consummationem ad gloriam corporis pertinere, dicimus Paulum vniuersè loquide omnibus Patribus legis veteris, immò & naturæ, cui non obstat aliquos eorum ad vitam immortalem simul cum Christo resurrexisse. Ad tertium, libenter damus Iobum Patriarcham cum Christo resurrexisse, sed ad vitam tamen immortalem: cum vero ipse dixit, *Scio quod redemptor meus vivit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum*: dicimus eum non de sua ipsius persona, sed de vniuersali hominum resurrectione more prophetico enuntiasse. Quod verò attinet ad locum Matthæi, quo videtur affirmari, illos ante ipsum Christum, resurrexisse, siquidem eorum resurrectio inter signa passionis Christi commemoratur. Respondet deo, id dictum fuisse per anticipationis figuram in sacris literis visitatam, nõ quod eo tempore passionis Christi resurrexerint. Atque ita relinquatur Christum Dominum optimo iure primogenitum mortuorum à Ioanne appellari.

Et Princeps Regum terre.

SECTIO XII.

I. OBSERVANDUM est primò, rectè postquam mentio mortis Christi facta fuerat illis verbis: *Primogenitus mortuorum*, subiungi, *Et Princeps regum terre*, ut intelligeremus Christum per mortem, obtinuisse principatum. Id quod

pro

probatur primò, ex loco Esaiæ cap. 9. vbi Crux Christi eius imperium appellatur, illis verbis, *Factus est principatus super humerum eius*: vbi quanquam Paraphrastes Chaldaicus per *Principatum*, legem intellexit, quam quia Dominus opere implevit, super humerum portasse dicitur, tamen crucem ipsam interpretati sunt Tertullianus libro aduersus Iudæos, eo cap. quo Patriarchæ ostendunt figuram crucis. Et lib. 3. aduersus Marcionem. *Quis inquit, regum in signe potestatis sua humero præfert, & non aut capite Diadema, aut manu sceptrum?* solus novus rex Christus nona glorie præstantiam humero extulit, crucem scilicet. Iustinus Philosophus & martyr. in 2. Agologetico pro Christianis, Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Esaiam cap. 9. Diuus Hieronymus in commentariis eius loci. Diuus Cyprianus lib. 2. testimoniorum aduersus Iudæos cap. 21. Diuus Augustinus ser. 70. de tempore, Teophilactus in vigesimum tertium caput Lucae; Diuus Ambrosius lib. 3. de fide cap. 4. Atque eodem sensu possumus accipere illud Esaiæ 22. *Dabo clauem domus David super humerum eius.* Christus enim cruce tanquam clauem paradisi à principio clauium nobis aperuit: crucem certè clauem appellauit. Diuus Chrysostomus tomo 2. homilia de Diuite, de quo agitur Luc. 16. & Diuus Augustinus in Psalmo 45. Obiter hoc loco obserua, posse per clauem eo loco Esaiæ, intelligi potestatem iurisdictionis, & animarum gubernationem: quæ clauis non pender ex cingulo, sed portatur in humero: tum quia grauissima est animarum cura, tum etiam quia prælatus debet ea quæ præcipit, humero etiam, id est operatione gestare.

Secundò idem probatur ex Psal. 95. vbi pro eo, quod nos habemus, *Dicite in gentibus quia Dominus regnauit*, Septuaginta transtulerunt, *Dicite in gentibus quia Dominus regnauit à ligno*. Sic enim apud Septuaginta legerunt Iustinus in Dialogo aduersus Tryphonem, & probat sic etiam fuisse Hebraicè. Sed illud à ligno, expunctum fuisse à Iudæis affirmant Tertullianus lib. 3. aduersus Marcionem, & libro aduersus Iudæos, loco paulò ante citato, Diuus Ambrosius in cap. 15. 1. epistolæ ad Corinthios, (si eius sunt 17 commentarij) Diuus Augustinus in commentariis eius Psalms, Arnobius, & Cassiodorus ibidem. Diuus Cyprianus de montibus Syna, & Syon aduersus Iudæos cap. 5. D. Leo qui citatur in scholis Græcis super editione Septuaginta nuper auctoritate Xilli correctam. Atque eandem lectionem retinet Ecclesia, & Psalterium Romanum: nec in dubium vocari debet, quod Iudæi multa ex sacris literis eraserint, quæ Christianis fauere intelligebant, Etenim auctore Diuo Hieronymo in quintum cap. Michææ, duos integros versus eraserunt ex libro Iosue cap. 15. qui habentur in Septuaginta interpretibus, vbi inter vrbes & oppida *Ierusalem*, *Bethlehem* connumeratur, ne videlicet Christus de tribu Iuda ortus videretur. Et in Epistolam ad Galatas in illa verba capitis tertij, *Maledictus omnis qui pender in ligno*, docet desiderari Hebraicè, duo illa verba, *Omnis, & in ligno*, & suspicatur lectione Hebraicam vitiatam esse.

Tertio probatur ex Psal. 92. cuius inscriptio ea est: *Lam canticum ipsi David in die ante sabbatum, quando fundata est terra*: Etenim in Parasceue Sabbathi occisus est Christus, fundataque est Ecclesia, quæ est expositio Hugonis Cardinalis, in commentariis super eum Psalmum. Tunc vero Psalmus, incipit, *Dominus regnauit, decorem induit* etc. Vt exploratum omnibus esset, Christi regnum ex passione quam pertulit ante sabbatum, ortum habuisse. Quarto ex Psal. 77. *Induisti eos, in montem sanctificationis sue, montem quem acquisiuit dextera eius*. Dextera enim sua Christus, id est, fortitudine, quam in passione demonstrauit, Ecclesie regnum sibi acquisiuit: quem locum interpretatus videtur Diuus Petrus prima sua Canonica cap. 2. vbi Ecclesiam appellat *Populum acquisitionis*. Et Actor. 20.

Esaiæ 6.
Chald. Paraphr.
Legem Christi super humeris portasse corde datur
Tertull.
Iust. mart.
Cyril. Alex.
Hieron.
Cyprian.
Theoph.
Ambros.
Esaiæ 22.
Cruce Christi clauis paradisi.
Chrysost.
August.
Animaru cura grauissima.
Prelatus quasi esse debeat.
II.
Esaiæ 95. 20.
Locus scripturæ vitiatæ
Tertullian.
D. Ambros.
August.
Arnob.
Cassiodor.
D. Cyprian.
D. Leon.
Multa quæ Christianis fauebant ex sacris eraserunt Iudæi.
D. Hieron.
Ad Gal 3. 13.
III.
Explicatio inscriptio.
Psal. 92.
Hugo.
Psal. 92. 1.
Regnum Christi vultu ortum.
Psal. 77. 54.
1. Petr. 2. 9.
Act. 20. 28.

VIEGAS
APPOB
CZ

Hebr. 2. 9. Attendite vobis et universo gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Vnde est illud Pauli ad Hebræos 2. Eum, qui medico quam Angelis minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum: quod multo ante Regius vates prædixerat Psal. 8. Minus enim paulo minus ab Angelis (in passione videlicet) tunc subiungitur, Gloria & honore coronasti eum. Denique ex Psalms 73. cum dicitur, Redemisti virgam hereditatis tuae: vbi per virgam, sceptrum intelligendum est, hoc sensu, regnum tuum, seu sceptrum regni tui per peccati tyrannidem à dæmone usurpatum, iterum asseruisti, & vindicasti per passionem, qua humanum genus redemisti.

Psalm. 2. 6. Secundo observandum est, Christum appellari Regem per excellentiam, vt *Psalm. 2. 6.* Ego autem constitutus sum rex ab eo, quam quæ causam appellatur Rex Dei. Sic enim ibidem Hebraicè legimus, Ego, (id est Pater æternus) constitutus regem meum super Sion. Et Zachariæ 14. ita pollumus reddere ex Hebræo, venient omnes gentes, & adorabunt regem Dei. Dicitur autem Christus, rex Dei, quia à Deo fuit rex constitutus, tum quia est rex excellentissimus, eo lingua Hebrææ idiotismo, quo maxima quæque dicuntur esse Dei, vt *Psalm. 79. 11.* Operuit montes umbra eius, & arborum eius cedros Dei, id est altissimos.

Christus munda Monarchia, ex duplici capite. D. Anton. Abunius. Paul. Burg. D. Thom. Augustus imperator Christi princeps.
 Tertio, dicitur, Princeps regum terra, quia est totius mundi Monarcha, non solum propter unionem hypostaticam, cui omne imperium debebat, sed etiam ex dono Patris: quæ est sententia D. Anthonini 3. parte tit. 3. ca. 2. Almaini de potestate Ecclesiæ cap. 8. Pauli Burgensis in additione 2. super caput primum Matthæi, in d. & Diui Thomæ lib. 3. de regimine principum cap. 13. & 14. vbi addit August. Cæsarem, post Christi natiuitatem, gessisse vicem Christi in imperio quatuordecim annis toto orbe terrarum subacto, & non sine diuino instinctu mandasse, ne quis de populo Romano ipsum Dominum appellaret. Et quamquam controuersum sit, vtrum Christus in terris agens verus fuerit ac legitimus totius orbis imperator, qua de realiâ disputabimus, quemadmodum & vtrum fuerit naturalis ac legitimus Iudæorum rex, tamen post resurrectionem non est dubium, quin illi fuerit totius orbis Monarchia à Patre concessa, quemadmodum ipse et testatur Matthæi. 28. cum ait, Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra.

Mat. 28. 18. Quarto, & postremo dicitur mysticè, Princeps regum terra, id est iustorum, quemadmodum interpretatur Rupertus, quo nihil magis, quàm de villo rege, & eius clientibus dici potuit: cuius enim rei clientes ac subditi omnes reges fuerunt: Ratio verò est, quia Christus omnes qui suum imperium non detrectant, reges facit, quod multo antè prædixerat regius vates Psal. 109. cum dixit, Tecum principium in die virtutis tue, quo loco nonnulli pro pny Ghimmecca per Chiric, id est, Tecum seu Apud te, quemadmodum legerunt Septuag. interpr. legunt Ghammecca per Pathac, id est, populus tuus, hoc sensu, populus tuus princeps, seu principes: vbi obiter aduertendum est pro eo quod septuaginta transtulerunt & pny id est, principium, seu principatus, (vtrumque enim ea vox Græca significat) haberi Hebraicè נדבוח Nedaboth. à radice נדב, quæ significat sponte aliquid

Prin cipis cōditio. Iusti cur reges appellentur. Gregor. Iob. 12. 18. Castitas virtus regia.
 largiri, & liberalem esse, vnde dicitur Nadib, id est Princeps, quia videlicet liberalitas est propria principis cōditio. Est igitur Christus Princeps regum terra, id est iustorum, qui liberales in diuino cultu esse debent, & in omnibus actionibus suis principes ac generosi. Cur verò reges appellentur, duplex est potissima ratio. Prior est Diui Gregorij lib. 11. Moralium capi. 9. super illud Iob. 12. Balcemus regum dissoluit, & praecegit fune renes eorum, vbi virtuosos appellati reges, propter castitatem, & continentiam, quæ maxima est castitatis laus: & in hunc sensum locum

locum citatum interpretatur. *Qui* abrorum, inquit, suorum motus bene gerere sciunt, non immerito reges vocantur, sed eius ipsa continentia mensuratione tangitur plerumque omnipotens Deus eius superbiam deserens. immunditiam operis cadere permittit: Itaque regem baltheum dissolvit, quando propter elationis culpam calliditas in eis cingulum destruit. Posterior ratio est Divi Ambrosij lib. 2. de Abraham cap. 10. super illud Genes. 17. Dicitur est ad Abraham, *Faci me fecere, & pignam te in gentem magnam, regesque ex te egredientur. Ex genere Abrahæ, inquit Ambr. non solum reges erant* *gentitate, verum etiam illi reges, qui peccato non serviunt* *incat eos malitia. Quæ ratio etiã* *est, Divi Gregorij lib. 26. Moralium cap. 26. Quia, inquit, tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regendo præesse nonerunt, id quod vel ipso natura lumine cognovit M. Tullius: is enim in Q. ratione pro P. Sylla, sic ait, loquens eum Torquato accusatore: Quare neque me peregrinum posthac dixeris, ne grauius refutere, neque regem, ne deridere, nisi forte regium tibi videtur ita vivere, ut non modo homini nemini, sed ne cupiditati quidem vili seruias, contemnere omnes libidines, &c. & sic interpretatur D. Gregorius illud Iob 36. *Reges in throno collocat in perpetuum, id est, iustus ab hac potestate regiminis ad potestatem transfert retributionis: Porro aduerte, hunc iustorum principatum & regnum non pugnare cum ea seruitute, de qua loquitur Apostolus ad Rom. 6. Nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis, sine peccati ad mortem, sine obedientiam ad iustitiam: gratias autem Deo, quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinae, in qua traditi estis, liberati autem a peccato serui facti estis iustitiae. Quo loco illud iustitiae, dandi casus est, magnamque vim continet, eandem videlicet cum illa, qua quis diceret, se alicui factum esse seruum, quod imperiosius est, & magnificentius, quam si quis diceret, se factum esse alicuius seruum: cum namque dicit se factum esse alicuius seruum, innuit se non sponte, sed per vim factum esse illius seruum, at cum dicit, se factum esse illi seruum, vltionem, & spontaneam significat seruitutem: sic igitur docet Paulus iustos, seruos factos esse ipsi iustitiae vltione scilicet, & voluntaria seruitute, in qua tamen vera ac propria libertas, imò & illusterrimus principatus regnumque continetur: & è contrario, liberum esse iustitiae, scilicet, seruitus appellatur ibidem ab Apostolo, cum subiungit: Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiae: vt etiam iustitiae, dandi casus est, hoc est, non habuistis præclaram iustitiae seruitutem, extra imperium, scilicet eius, facti, sed miseriam à iustitia libertatem, cum turpissima peccati seruitute & captiuitate coniunctam.**

Secunda ratio ex Ambrosio Gen. 17. 6.

Reges ex genere Abrahæ qui peccato non seruiunt. Tullius.

Gregorius. Iob 36. 7.

Rom. 6. 16.

Seruius iustorum libertas vera, & propria. Imperium libertas seruitus captiuitas.

Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris, in sanguine suo.

SECTIO XIII.

GRÆCE est τὸς ἀγαπᾶν ἡμᾶς, & λούειν ἡμᾶς: hoc est, ei qui dilexit nos, & lauit nos. Quoniam verò hi dandi casus non habent, Græcè quo referantur, existimauit Erasmus in scholiis suis super Apocalypsim, eos non ad Christum, sed ad Patrem pertinere, vt sit sensus, Christum fuisse testem fidelem Patri, qui dilexit nos, & lauit nos: verum hæc interpretatio nullo modo est recipienda, cum editioni vulgatae aduersetur, & manifestè pugnet cum ipso contextu, tum quia illa verba, *testis fidelis*, non immediate cum istis conueniunt, sed interseruntur alia, quæ haud dubie ad Christum spectant. A Iesu Christo, inquit, *qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos*, vbi cernis illud, *Qui dilexit & lauit*, ad primogenitum mortuorum, hoc est, Christum, necessario referendum: tum quia cum additur, *In sanguine suo*, manifestè ostenditur id non posse in

Erasmus interpretatur.

Patrem, sed in Christum conuenire: nec Erasmus bene respondet, dici Patrem lauisse nos per sanguinem Christi, cum enim Græcè non sit αὐτοῦ Spiritu leni, sed αὐτοῦ Spiritu crasso, hoc est, non sit eius, sed suo, illudque αὐτοῦ ad eundem, *Qui dilexit, & lauit* manifestè pertineat, palàm est de Christo non de Patre sermonem esse. Quare existimamus vitiatam esse Græcam lectionem, & in vetustis exemplaribus, quibus vltus est interpretatio fuisse τῶ ἀγαπήσαντι ἔλυσαντι, sed vel ἔλυσαντος ἔλυσαντος, vt referatur ad ἡσὺν ἔλυσεν vel ὁ ἀγαπήσας ἔλυσας, vt iungatur cum ὁ μάρτυρ, ὁ πικρὸς, ὁ ὀρωπώτοκος, ὁ ἀργυρ. Nisi quis malit cum Aretha dicere, τῶ ἀγαπήσαντι ἔλυσαντι ad sequentia spectare, iugendumque cum illis verbis, *Ipsi gloria & imperium*, vt sit sensus, *Ei qui dilexit nos, & lauit nos in sanguine, ipsi gloria & imperium in secula seculorum*: sed quoniam ea expositio coacta videtur, & non admodum vulgata, citationi consentanea, prior responsio nobis magis probatur. Quod ad rem spectat: Commendat Ioannes Christi

Ephes. 5. 25. Duplex Christi amor in homines. *Hier. 31. 3.* Cogitationes antiquæ apud Esai. *Esai. 25. 1.* *Euseb. Cas. Psal. 24. 6.* *Augustin.* *Rupertus.* *Cant. 1. 1.* *Incarinatio æterni amoris signum* *Osculum pedis quid.*

aduersus homines amorem, de quo etiam loquitur Paul. ad *Ephes. 5.* cum ait, *Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea.* Duplex est autem amor Christi erga homines considerandus. Alter, quo ante tempora seculi, & ex æternitate nos dilexit, quatenus Deus est, de quo loquitur per Hierem. cap. 31. *In charitate perpetua dilexite, ideo attraxite miserans.* Hic autem amor in eo positus est, quod ex æternitate quosdam prædestinauit, & pro omnibus carnem sumere, & mori statuit, quæ sunt cogitationes illæ antiquæ, de quibus loquitur Esai. c. 25. *Domine Deus menses tu, & exaltabo te, & confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes habuisti, opere complesti.* Sic enim interpretatur eum locum Euseb. Cæsar. lib. 2. demonst. Euang. c. 32. huc spectat illud *Psal. 24. Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quæ à seculo sunt,* quemadmodum interpretatur D. August. in comment. eius loci. *Huius dilectionis actum,* inquit Rupertus hoc loco. *Ecclesia suspirans vna voce in Cantico ait, Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino,* seu vt est in Hebræo, *Quia meliores sunt amores tui vino.* Vbi perspicuum est, peti incarnationem, in significationem huius amoris antiqui. Nec enim sponda petit osculum pedum, quod ancillarum est, & ad quod admissa est

Psal. 2. 12. *Quid manuum* *Quid in em facies.* *Luc. 7. 44.* *Quid denuc oris* *Christus, os Dei.* *Hier. 15. 19.* *Galatinus.*

Magdalena. *Lucæ 7.* nec osculum manuum in signum subiectionis: quemadmodum accipiendum est illud *Psal. 2. Apprehendite disciplinam,* pro quo in Hebræo est, *Osculamini filium:* hoc sensu, manum filij osculamini, & ita eum tamquam verum, ac legitimum principem recipite. Nec osculum frontis, seu faciei, quod erat signum beneuolentiæ, & hospitalitatis, de quo loquitur Christus *Lucæ 7. Intraui in domum tuam, osculum mihi non dedisti:* sed petit osculum oris, quod amoris est ardentissimi: *Oris,* inquam, id est, ipsius Christi, qui os Dei appellatur: veluti Hierem. 15. *Si conuerteris conuertam te, si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* Vbi per, *os,* Christum intelligit Galatinus libro 3. de Arcanis catholica veritatis cap. 2. & fauet translatio Ionathæ, quæ si habet, *Si conuerteris impios, vt fiant iusti, beneplacitum Verbi mei complebis.* Quo loco per Verbum secunda persona Trinitatis intelligitur, alioqui enim beneplacitum in verbum creatum non conuenit.

II. Alter amor, quo Christus nos dilexit, fuit post incarnationem in assumpta carne. Factum est, inquit Rupertus, quod optauit Ecclesia, venit dilectus, atque omnium gratiarum delibutus unguentis, in secreto virginali vteri cubiculo, diu desideratum culum dilectæ porrexit. Vtrumque amorem complexus est Ioannes, cum dixit cap. 13. *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Verbum enim *Dilexisset,* ad priorem amorem, *Dilexit,* verò ad posteriorem pertinet: quem amo-

rem magis moriendo demonstravit. Sic illud, *In finem*, interpretatur Cyrillus *Alex.*
 Alexandrinus in eum locum. Atque huius amoris vis tanta fuit, ut ipse Domi-
 nus per Malachiam capit. i. eam exaggerans dicat, *Dilexi vos*, quae verba plerique
 per Apolopesim, siue reticentiam dicta existimant, ut omnia verba amanti debent
 significetur, simulque indicetur quadam tacita Dei querimonia, hoc sensu, sem-
 per *dilexi vos*, & usque aded *dilexi*, tamen vos, pro tali dilectione, nihil aliud quam
 peccata rependitis. Quod enim querimoniam verba ista contineant, perspicuum
 est ex ijs, quae statim subiiciuntur, & dixisti, in quo dilexisti nos, id est, tam ingrati
 estis, ut amorem meum, beneficiaque ex eo profecta non agnoueritis, quin po-
 tius dixeritis, *In quo dilexisti nos*.

Secundò, aduertendum est, rectè postquam dictum fuit, & princeps regum terra, III.
 additum esse. *Qui dilexit nos*, ut ex personae diligentis dignitate, amoris præstan-
 tiam intelligeremus. Quare illa verba *Qui nos*, per Antithesim intelligenda sunt,
 hoc sensu, pulcher sedos, pius impios, princeps regum terra, viles homunciones.
 Atque hanc ob causam Paulus, præter alias, charitatem Christi, nimiam appella-
 vit ad Ephes. 2. *Ergimus natura filij irae, sicut & ceteri, Deus autem, qui diues est in miseri-*
cordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos. Idemque expendit Apосто-
 lus ad Romanos 5. cum ait, *Commendat Deus charitatem suam in nobis, quoniam*
cum peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Pro commendat habetur Græ-
 cè, *συνιστά* quod non solum commendare significat, sed etiam nobilem & notum
 facere, atque illustrare, & quoniam nobile quiddam atque illustre est, inimicis
 benefacere meritò dicitur Deus charitatem suam nobilem, illustrèmq; osten-
 disse, cum pro peccatoribus, hoc est, pro inimicis mortuus est. In cuius rei fi-
 guram Moyses Æthiopiis adamavit, Numerorum 35. Denique tantus fuit in
 homines amor Christi, ut omnem scientiam, & cognitionem nostram superet,
 ut disertis verbis docet Apostolus ad Ephesios 3. *Scire etiam supereminentem scientiam*
charitatem Christi: ubi illa scientia, datius est, qui à supereminentem, regitur, omnem scien-
 ut sit sensus charitatem *ti* excedere omnem scientiam, hic enim sensus
 redditur à Græco contextu, *ita* habet, *ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγαπῆν,*
 nam Græcum, *ὑπερβάλλουσαν*, gignendi calum postulat, atque aded *ὑπερ-*
βάλλουσαν τῆς γνώσεως, idem est, ac supereminentem scientiam, siue cogni-
 tioni.

Tertiò rectè dicit, *Dilexit nos, & lauit*, quia, ut notauit Richardus de S. Victo-
 re in hunc locum, *Non lauisset, nisi dilexisset*, quare non prius lauit, & post dilexit,
 sed prius dilexit, & postea lauit: atque aded nos adhuc sedos dilexit, quod signi-
 ficauit Paulus verbis antè citatis ad Romanos 3. *Cum peccatores essemus Christus*
pro nobis mortuus est, eumque sensum habent verba illa sponæ, Cantorum 1. Ni-
gra sum, sed formosa, filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis,
 id est, *Nigra sum, ex me, sicut tabernacula Cedar, sed tamen sic dilecta, reddita sum*
Formosa sicut pelles Salomonis. Quæ expositio est Diui Bernardi sermone 25. in
 Cantica.

Quartò, Notandum est verbum, *Lauit*, quod dicit magnam vim sanguinis, quæ
 non solum ad aspergendos, sed etiam ad lauandos omnes homines sufficeret: vbi
 etiam maximè splendat diuinæ bonitatis, & amoris largitas, cum enim vel vna
 sanguinis Christi guttula, ad redimendos omnes homines sufficeret, totū nihilo-
 minus sanguinem voluit effundere: quam ob causam hominum redemptio ap-
 pellatur copiosa Psal. 129. *Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum*
 redemptio. Quem locum expendens D. Bernard. serm. 22. in Cantica. *Bene, inquit,*
 demptio.



copiosa, siquidem non gutta, sed vnda sanguinis quae per partes corporis emanauit. Et eadem ratione appellatur excelsus Lucae 9. Erat, ait, Moyses, & Helias visi in maiestate, & dicebant excessum, quem completurus erat in Hierusalem. Idcirco etiam existimo, passionem Christi per mare rubrum fuisse significatam, verè enim vis illa sanguinis, mare fuit sanguinem, in quod omnes merfi, & abluti fuimus.

VI. Quintò, volunt interpretes illis verbis, *In sanguine suo*, alludi ad sacrificia legis veteris, vt sit veluti quaedam antithesis, & indicetur Christum non lauisse nos sanguine vitulorum, sed suo ipsius sanguine. Ea que ratione redemptionis beneficium magno opere exaggerari, quod videlicet Christus suo ipsius sanguine dignatus fuerit hominem liberare, quam emphasim quoque agnosce in illis verbis Apostoli ad Hebræos 9. *Non per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem, semel introiuit in sancta.* Volunt etiam, significari illum sanguinem, qui de percusso Christi latere simul cum aqua exiuit Ioannis 19. Quamquam enim Christus per passionem ipsam & mortem nos redemit, tamen illa post mortem sanguinis effusio, hanc ipsam redemptionem, & abluionem typicè significauit. Vnde omnes ferè Patres aiunt, ex latere Christi Ecclesiam profectam, sicut ex Adami latere Euam, indeque omnia Ecclesie sacramenta manasse. Quae de re legendus est præcipuè Diuus Augustinus tractatu 120. super Ioannem, vbi ponderat verbum *Aperuit*, quo vsus est Euangelista, *Non dixit*, inquit Augustinus, *percussit, aut vulnerauit, sed, aperuit, vigilante verbo Euangelista vsus est, vt illud quodammodo vita estiuum panderetur, vnde sacramenta Ecclesie manauerunt.*

VII Sextò, & postremò, Ioannes vim sanguinis Christi mirificè commendat, cum *Via sanguinis* ait, *Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.* Nouum enim est, sanguinem habere vim lauandi, & quod plus est dealbandi, id quod habes capite septimo huius operis, cum dicitur, *Isti sunt qui lauerunt stolas suas: & dealbauerunt eas in sanguine agni.* Vbi vides rubi cundo sanguini tribui vim dealbandi, quod in ista mitione est, idque miraculum significasse Esaiam capite primo, cum dixit, *si fuerit occata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabitur: & si fuerint rubra, quasi vermiculus, vt nix lana alba erunt.* Existimat Tertullianus lib. 4. contra Marcionem c. 10. his verbis, *Dimissorem delictorum Christum recognosce: si fuerint, inquit, delicta vestra tanquam roseum, velut niuem exalbabo, & si tanquam coccinum, velut lanam exalbabo: in roseo sanguinem ostendens Prophetarum: in coccino, Domini, vt clariorem.* Itaque Tertullianus

Christi coccineum colorem non refert ad peccata cum communi expositione, sed ad delenda peccata. sanguinem Christi, hoc sensu. Si peccata vestra sanguine Christi rubuerint instar coccini, hoc est, si Christi sanguine coccineo peccata vestra ablueritis, sicut nix, vel sicut lana dealbabitur. Atque eodem modo videretur eum locum intellexisse D. Augustinus lib. 12. contra Faustum Manichæum cap. 42. Eandem expositionem innuit Diuus Basilius in magnis Asceticis, interrogatione 10. & Diuus Cyprianus libro 2. testimoniorum aduersus Iudæos cap. vltimo. Vbi eo Esaiæ testimonio probat, peccata nisi per sanguinem Christi remitti non posse. Quare licet communis expositio eos colores ad peccata ipsa referat, vt sit sensus, quamuis peccata vestra sint veluti coccinum & vermiculus, id est, difficillimè abluui possint, quemadmodum ij colores difficillimè abluuntur, tamen si penitentiam egeritis, ego ea omnino auferam: nihilominus tradita expositio rejicienda non est, imò tanquam literalis etiam amplectenda, cum sit tantorum Patrum, & literæ non repugnet. Ad eundem Christi sanguinem spectauit regius Propheta Psal. 50. cum dixit: *Asperges me Domine hyssopo & mundabor lauabis me, & super niuem dealbabor: Vbi per asperisionem hyssopi alludit Dauid ad expiationem leprosi, quam*

in medium

leprosi, quæ hyssopo peragebatur, ut habetur Levit. 14. simulque tacite se-
sum appellat: & quoniam illa per hyssopum aspersio, non nisi adhibito p-
immolati sanguine, in quo hyssopus tingebatur, fieri solebat, haud dubie ad
stisanguinem, quem spiritu prævidebat, pro humano genere fundendum, quo
hominum mentes erant ablucenda, Propheta respexit. Eodemque mysterio vide-
tur Esaias ad Christum in cruce positum, sub quo tinctum sanguine, spectasse cap.
52. cum dixit: *Iste asperget gentes multas*, alludens scilicet ad eandem tinctum in san-
guine hyssopi, asperzionem, quo leprosi aspergebantur, indicaret eo Christi
sanguine uniuersos mortales, ut potest leprolos aspergeret. Quod verò se-
quitur, *Et super niuem dealabor*: efficacitatem Christi sanguinis significat, qui non
solum lauandi, sed etiam super niuem dealbandi vim habuerit: quod sicut veri-
tatem, ita & admirationem continet. Quis enim non admiratur sanguinem ea vi
præditum, ut eos quos tinxerit, instar niuis ad eos efficiat?

Hoc ipsum prædictum fuerat à Jacob Patriarcha, Genes. 49. In benedictione
Iudæ, illis verbis: *Lauabis in vino stolam tuam, & in sanguine uæ pallium tuum*.
Mirum enim est, ut aduerterent Diodorus, & Gennadius in eum locum, vino
stolam lauati, & sanguine uæ, quod idem est, pallium abluui, & quanquam per
stolam & pallium, humanitas Christi communiter intelligatur, cuius acciden-
talem gloriam Christus sua passione promeruit, tamen utrumque ad Ecclesiam
refert Origenes homilia 17. super Genesim. *Stola*, inquit, *Christi qua lauatur in vino*,
eius Ecclesia intelligitur, quam ipse mundauit sanguine suo: in huius enim sanguinis vino, id
est, lauacro regenerationis à Christo lauatur Ecclesia, in morte enim, id est, in sanguine ipsius
baptizatur: ad Rom. 6. In sanguine autem uæ quomodo amictum suum lauit? Amictus
propinquior quadam est corpori vestis, quam stola, & ergo, qui prius per lauacrum loti stola
eius fuerunt effecti, posteaquam ad sacramentum sanguinis peruenerint, amictus eius esse
dicuntur. Vbi obiter obserua, quanta puritas, & uitæ sanctitas ad Eucharistiam
sumendam requiratur: siquidem per communionem, amictus, id est, interius
Christi indumentum efficiuntur. Eundem locum de Ecclesia intellexit D. Am-
brosius libro de benedictionibus Patriarcharum cap. 4. In sanguine, inquit, uæ
lauit pallium suum, id est, gentes sanguine suo. Sic etiam interpretatur D. August. lib.
12. contra Faustum Manichæum capit. 42. Denique hanc sanguinis Christi effi-
cacitatem pulchra similitudine declarat D. Chrysostomus homil. 45. in Ioan-
nem: Quemadmodum, inquit, si quis liquefacto auro manum, vel linguam injiciat, quam
primum deauratur, ita anima immersa sanguine Christi, aurea redditur: resurgit enim ve-
hementius igne fluium, neque incendit, sed abluat quidquid comprehenderit.

Leuit. 14.
Explicatio le-
prosi.

Esai. 52. 15.

VIII.
Gen. 49. 11.
Diodor.
Gennad.

Ecclesia sto-
la Christi ex
Origenes.

Quanta pu-
ritas ad Eu-
charistiam
sumendam
requiratur.
D. Ambros.
Augustin.

Pulchra si-
militudo ex
Chrysost.

Fecit nos regnum, & sacerdotes Deo, & Patri suo.

SECTIO XIII.

QVONIAM Christus Dominus rex simul est, & sacerdos, utramque ho-
norem suis impertiuit, ut simul reges, ac sacerdotes essent, iuxta illud 1. Petr. 2. 9.
2. *Vos autem genus electum regale sacerdotium. Regnum quidem nos fecit* (sic enim
habes inferius capit. 5. *Fecisti nos Deo nostro regnum*) quia regno caelesti ascripti.
Sacerdotes autem, non quod omnes Christiani sine discrimine sacerdotes sint,
ita ut nulla sit ordinum in Ecclesia diuersitas, quæ fuit hæresis Lutheri in libro de
missa priuata, & vnctione Sacerdotum: verè enim est in Ecclesia sacerdotum
consecratio, quam non habent omnes Christiani: qua de re legendi sunt præci-

1. Petr. 2. 9.
Apo. 5. 10.

Luth. hæres.

puè D. Ignatius epistola ad Heronem, D. Chrysof. lib. 3. de sacerdotio, & homilia 60. ad populum Antiochenum, D. Hieronym. epistola 1. ad Heliodorum, & in libro aduersus Luciferianos, & epist. 85. ad Euagrium, Victor li. 2. de persecutione Vandalica, D. Cyrilianus epist. 54. Sed quia omnes Christiani Deo sacrificia laudis, gratiarum actionis, mortificationis offerre possunt, quemadmodum docent D. Basil. serm. 2. de Baptismo cap. 6. D. Augustin. lib. 20. de ciuitate Dei cap. 10. Leo Papa serm. 3. in anniuersario die Assumptionis suae ad Pontificatum, D. Ambrosius lib. 4. de Sacramentis cap. 1. iuxta illud 1. Pet. 2. *Et ipsi tanquam lapides uiui super adificamini in domus spirituales sacerdotium sanctum offerentes spirituales hostias acceptabiles Deo.*

II. Primum enim, quod laudes sacrificia dicantur, perspicuum est ex Psal. 68. *Laudabo nomen Dei cum Cantico, & magnificabo eum in laudibus. & placebit Deo, super vitulum nouillum, cornua producentem & ungulus.* Vbi fides laudè Dei comparari, imò & anteferi vitulorum sacrificijs. Et Psal. 49. *Immola Deo sacrificium laudis.* Et iterum: *Sacrificium laudis honorificabit me.* Et 115. *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.* Et Osee 14. *Conuertimini ad Dominum, & dicite ei, Omnem aufer iniquitatem, & reddemus vitulos labiorum nostrorum.* In quem locum D. Hieronym. *Vituli, inquit, labiorum, laudes Dei sunt, & gratiarum actio.* Eodem modo intellexit Paraphrastes Chaldaicus, cum transtulit, *Sine eloquia labiorum nostrorum penes te accipi. a tanquam boues in beneplacitum super altari tuo.* Septuaginta aliter transtulerunt, *Et reddemus, inquit, fructum labiorum nostrorum.* Ad quam translationem videtur alluisse Paulus ad Hebræos. 13. cum dixit: *Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis, id est, fructum labiorum consentientium nominis eius.*

Deinde quod ipsa carnis castigatio, & prauarum appetitionum repressio, sacrificij nomine censeatur: exploratum est ex Paulo ad Romanos 12. *Obsecro, inquit, vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum: & nolite conformari huic saeculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri.* Et aduerte, pro *Rationabile obsequium*, haberi Græcè, λογικὴ λατρεία, hoc est, rationalem latrariam, quoniam huiusmodi sacrificium in altissimum Dei cultum, ipsique soli debitum redundat sunt enim ea verba per appositionem intelligenda, ut ipsa corporis castigatio rationabilis latraria appellatur, id quod ad præstantiam mortificationis amplificadain, maxime pertinet. Sed quod eo testimonio volumus ostendere est, castigationem carnis sacrificium esse, & eum, qui carnem suam macerat, sacrificare, atque ad eum sacerdotem esse, latè accepto nomine & sacrificij, & sacerdotij. Quam ob causam D. Gregorius homilia 22. in Ezechielem, comparat altari holocausti mentem eorum, qui cum Apostolo castigant corpus suum, & in seruitutem redigunt. *Quod est, inquit, altare holocausti? nisi mens bene uiuentium, qui peccatorum suorum memores, lacrymis se lauant, carnem per abstinentiam macerant, ubi ex merore compunctionis ignis ardet, & caro consumitur.* Tum verò in euius rei confirmationem affert locum Pauli citatum, docens hostiam uiuentem dici ab Apostolo corpus Domini afflictum, hostia quæ præualet, bona operatur. Sic etiam eundem locum intellexit Origenes lib. 9. in epistolam ad Romanos. *Qui, inquit, membra sua mortificant, hostiam uiuentem sacrificiorum rationabiliter offerunt, & legem sacrificiorum, quæ in Leuitico est, secum in se compleunt. intelligunt compleunt, si superbiam vincunt, immolant vitulum: si iracundiam superant, arctem: si libidinem, hircum: si uagos, & lubricos cogitationum refecant uolutus colubum, & turtures.* Huc etiam pertinet illud Psalmi 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Legendus est D. Augustinus lib. 10. de ciuitate Dei cap. 6. ubi ad eundem

III.

Rom. 12. 15.

Penitentia rationabilis latraria.

Carnis castigatio, sacrificium Deo. Penitentes altari holocausti comparantur ex Gregorio.

Qui appetitiones reprimunt, legem sacrificiorum rationabiliter offerunt, & legem sacrificiorum, quæ in Leuitico est, secum in se compleunt. ex Origenes.

Psal. 50. 29. August.

idem probandū argumentatur ex illato Pauli testimonio. Consulendus est etiam D. Thomas. 12. quæst. 102. art. 3. Denique opera misericordie sacrificium appellantur, ut patet ex Osee 6. & Matth. 9. *Misericordiam volui, & non sacrificium.* Quo testimonio ad id probandum D. Augustinus utitur in commentarijs super Psalmum 49. Potestque adeo misericordia, potissimumque elemosyna sacrificium iustitie appellari, cū elemosyna iustitia dicatur: etenim Mathei. 6. pro eo quod nos habemus, *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.* Græce est *ἐλεημοσύνη*, ubi, & D. Hieronymus Latinum verbum, *Iustitiam*, de elemosyna interpretatur: sed ut generalius loquamur quodcumque opus bonum sacrificium dicitur, ut est perspicuum ex Psalmo 50. *Tunc acceptabis sacrificium iustitie, oblationes, & holocausta.* Et alibi: *sacrificate sacrificium iustitie*, id est, bona opera Deo offerite. Hinc igitur modis, omnibus omnes Christiani sacrificia offerunt, & sacerdotes, laici sumpto vocabulo, dici possunt. Videndus est de hoc argumento Caietanus, in tertio suo ientaculo.

D. Thom.
Osee 6. 7.
Matth. 9. 13.
August.
Elemosyna
sacrificium.
Hieronym.
Psal. 50. 2.
Psal. 4. 6.
Omnes Christi-
iani quopa-
cto dici pos-
sunt sacerdo-
tes.
Caietanus.

Ipsi gloria, & imperium, & in secula seculorum. Amen.

SECTIO XV.

AMEN, ἸΜΝ dictus est Hebræa, à radice, ἸΜΝ Aman, id est, credere: & quia fides habet adiunctam fidelitatem, significat etiam, fidem esse, rursusque quoniam fidelitas sine veritate, & stabilitate esse non potest, inde est, quod veracem, & stabilem esse significat. Ex hoc iam perspicua sunt multa scripturæ sacræ testimonia: cuiusmodi est illud Esaiæ 65. *Qui benedictus est super terram, benedictus erit in Deo: Amen: & qui iuravit in terra, iurabit in Deo, Amen*, id est, in Deo fidei, & verace, quem admodum exposuerunt Septuaginta transferentes, *servientibus mihi vocabitur nomen nostrum, quod benedictus super terram, benedicens enim Deum verum, & iurantes super terram iurabunt Deum verum.* Est enim eo loco *Amen*, in margine, instar nominis, quo testimonio, ut obiter hoc indicemus, significatur, servos Messie nomine novo appellandos, id est, Christianos, quem admodum interpretatur Cyrillus Alexandrinus in commentarijs suis super Esaiam, & D. Cyprianus lib. 1. testimoniorum aduersus Iudæos cap. 22. Simul etiam ex eodem loco diuinitatem Christi probat D. Hilarius, lib. 5. de Trinit. & D. Ambrosius lib. 1. de fide cap. 7. *Anne ambigitur, inquit Hilarius, quis iuret à Christianis, quis benedicatur? Omne os credentium te Christe Deum loquitur, omnium credentium fides te Deum iurat.* Vnde Christus appellatur, *Amen*, inferius à Ioanne cap. 3. illis verbis. *Hæc dicit Amen testis fidelis, & verus.* Vbi *Amen*, idem est atque fidelis & verax, ut Ioannes idem & Hebræicè & Græcè dixerit: Eodem sensu ut nomen, ponitur 2. ad Coriat. 1. cum dixit Paulus, *Dei filius: Iesus Christus, qui in vobis per nos creatus est, per me, & Sylvanum, & Timotheum non fuit EST, & NON, sed EST* in illo fuit: quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo EST, ideo & per ipsum, Amen Deo, ad gloriam nostram. Hoc est in Evangelij prædicatione, non eram in constans, & varius, ut modo vnum, modo aliud contrarium de Christo prædicarem: itaque idem super Christus à me fuit prædicatus, nec vnquam mea prædicatio sibi fuit dissimilis: ubi aduerte, dictioni, *est*, respondere Græcè, particulam *καὶ* quæ idem est atque etiam: sic enim Græcè habetur *καὶ ἔγωγο καὶ ἔγωγο ἀλά καὶ ἐὶ ἀβτὸ γέγορεν*, id est, *non fuit, etiam, & non, sed, etiam, in ipso fuit, verum* recte interpretatur, *EST*, transiit. Quod verò sequitur, *quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo est, ideo, & per ipsum Amen Deo, ad gloriam nostram*: hunc sensum habet: *quotquot promissiones Dei sunt, in illo, hoc est, in Christo, est, sunt*

I.
Varia scri-
ptura loca
citedantur.
Esai. 65. 16.
Cyril. Alex.
D. Cyprian.
Hilarius.
Ambrosius.
Apoc. 3. 14.
Amen, quod
habet in sa-
cris litteris si-
gnificationes.
2. Cor. 1. 17.



Amen ad-
uerbium con-
sentientis.

Græcè ἐν αὐτῷ ὁ νοῦς id est in ipso, ipsum etiam scilicet sunt, hoc est, stabiles sunt, nec habent admistum, etiam ἔτι non, sed solum, Etiam, hoc est veræ sunt, & implentur in Christo. Denique subiungitur, Ideo ἕκαστος per ipsum Amen Deo ad gloriam nostram: quod quidam sic interpretantur, Idem per ipsum Christum sunt Amen Deo, id est fideles & veræ apud Deum. Dicit etiam potest, & fortasse melius, Amen, hoc loco, non ponit loco nominis, sed aduerbium esse consentientis, & confirmantis hoc sensu, Idem per Christum dicimus, Amen Deo, hoc est, Dei in promissis implendis firmitati, fidelitati que consentientes, eam ipsam promissionem, veritatem, fidelitatem que Deo acceptam referimus: quam expositionem magis sonare videtur ipse Græcus contextus, qui sic habet ὁ ὅσων ἡμεῖς ἐπαγγελίας ἔσται ἐν αὐτῷ ὁ νοῦς ἕκαστος ἀμὴν τῷ ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, si enim illud ἕκαστος, idem esset quod τῷ νοῦ, ut interdum alias: non erat opus repetere ἐν αὐτῷ, sed dicendum erat, ἐν αὐτῷ τῷ νοῦ, τὸ ἀμὴν, hoc est, in ipso sunt etiam & Amen, id est, veræ & fideles, quare cū Apostolus dicat, ἐν αὐτῷ τῷ νοῦ ἕκαστος τὸ ἀμὴν, nō videtur voluisse eandem sententiam alijs verbis replicare, sed aliud quiddam dicere, hoc est, in ipso sunt veræ, & in ipso nos, Amen, dicimus. Accedit, quod illud τῷ νοῦ id non obscurè declarat, quid enim quæso est Dei promissiohes esse fideles Deo: cū igitur Paulus dicat, & in ipso Amen Deo, non videtur illud Amen pro fideles vsurpare: sed pro aduerbio confirmantis & consentientis accipere, & que aded supplendum esse verbum, dicimus, ut sit sensus, per ipsum Christum dicimus Deo, Amen, propter promissionum, quas in Christo adimpleuit, veritatem: itaque Amen, hoc loco ad aliam eius acceptionem pertinet, cuius paulò post mentionem facimus.

II.

Amen ad-
uerbium af-
firmantis.
Gen. 18. 14.
Item ἕκαστος
optantis.
Psal. 40. 14.
Psal. 71. 19.
Deut. 27. 16.
Ioannes des-
cribitur.

Hinc factum est, ut Amen, significet etiam, verè, ut Genes. 18. Num Amen, paritura sum anus, imo & sit aduerbium affirmandi, ut in Euangelio non semel, Amen, Amen dico vobis, Est etiam aduerbium optandi, quod Septuaginta per, ἕκαστος, id est, fiat, reddiderunt, ut Pl. 40. Hebraicè, Benedixit Dominus Deus Israel, a saculo, & usque in seculum, Amen, Amen, Septuaginta, fiat, fiat, Et Pl. 71. Hebraicè, Replebitur gloria eius uniuersa terra, Amen, Amen, Septuaginta, fiat, fiat. Denique Deuteronomij. 27. Hebraicè, Dicit omnis populus, Amen, Septuaginta, fiat. Quibus in locis manifestè, Amen, est optantis, qua significatione, Amen, scripsit Paulus cum ea voce omnes suas epistolas quasi aureo quodam puncto concludit, & ita etiam sumitur hoc loco à Ioanne cum ait, Ipse gloria & imperium in secula seculorum, Amen: optat enim, ut Christus ab omnibus colatur, atque in omnibus per fidem & charitatem imperium obtineat, hoc est, ut ipsum uniuersū glorificent, atque ut regem ac principem suum recipiant, summoque honore & amore profæquantur.

Eccc venit cum nubibus.

SECTIO XVI.

I.

Mat. 24. 30.
Cuiusmodi
futura sit nu-
bes in qua
Christus ad
iudicium ve-
nurus est.
Socius.

EXCITAT Ioannes omnes ad colendam pietatem, & vigilandum ex eo quod Christus citò venturus sit ad uniuersale iudicium, hoc enim indicat illud, Ecce, & verbum presentis temporis, Venit ἐπιφύσει. Cum additur, nubibus, alluditur ad illud Christi apud Matth. cap. 24. Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus. Cum Christus de suo ad iudicium aduentu, nubem seu nubes, in quibus est venturus, toties nobis, inculcet, opera pretiū est, primum disquirere, cuiusmodi ea nubes futura sit, atque in primis placet quod ait Sotus in 4. dist. 47. q. 2. art. 1. Nubem, seu nubes eiusmodi, futuras esse miraculosas, quia in ipso resurrectionis articulo

articulo motus cæli cessabit, nec amplius erunt vapores, qui possint in nubem conerescere. Probat etiam nobis, quod ait Rupertus in hunc locum *Huiusmodi, inquit, nubes non erunt, quales nunc sæpe videmus pluujs rorantes, tempeque refrigerantes, sed procellose, ignem spirantes, & fulmina iacentes, iuxta illud Isai 49. Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida.* Et illud Pauli 2. ad Thessalonicenses 1. *In revelatione Domini Iesu de celo cum Angelis virtutis eius, in flagnum ignis, dantis vindictam, is, qui non nouerunt Deum.* Quamuis hæc testimonia magis pertinet videantur ad ignem illum, qui dicitur, conflagrationis, quo vniuersus orbis paulo antè iudicium purgabitur. Et quidem terribilem futurum Domini ad iudicium aduentum, docet multis in locis sacra pagina, & Patrum omnium doctrina. Vnde Iob. 31. dicitur, *Semper, quasi tremens super me fluctus, timor Dei, & pondus eius ferre non potui.* Quem locum Græci ita transtulerunt *ὄστος Κουρῆς σὺν ἔξει, & ὄστος ἀνυμνάτος αὐτῆς* id est, *Timor Dei contremuit me, & captionem eius non feram.* Cuius loci literalis sensus is est: præterquam quod (ait Iob) turpe sit, pupillos, & pauperes opprimere, alia tamen me quoque causa deterruit, nimirum Dei timor, qui solet in eorum oppressores grauitè animaduertere, quare *timidi captionem eius*, id est, ne ab illo caperer, & acerrimè flagellarer: & secundum nostram editionem, *timui*, ne ab eo tamquam à grauissimo pondere opprimerer, id quod etiam dixit Salomon. Proverbiorum 23. *Ne attingas paruulorum terminos, & agrum pupillorum ne introcas, propinquus enim illorum fortis est, & ipse iudicabit contra te causam illorum.* Vbi per propinquum, Deus ipse intelligitur, pro quo Græcè est redemptor, sic enim habetur Græcè *ὁ γὰρ δυνατὸς ἰσχυρὸς αὐτῆς Κύριος χριστὸς τοῦ ὄστος*, hoc est redimens illos dominus fortis est: cui cōcinit quod sequitur, *& ἰσχυρὸς τῶν ὄστος* hoc est, & iudicabit iudiciū illorum tecum: hoc est causam eorum defendendam suscipiet, iuxta illud Psal. 9. *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.* Verum ad tempus iudicij refert D. Gregorius libro 20. Moralium cap. 16. *Quoniam, inquit, qui extremi iudicij aduentum intentamēte consideras, videt, quia tantus paupor imminet, quantum non solum tunc videre, sed etiam nunc prævidere pertimescit, qui a cum superna maiestatis vim ad iudiciū venientis, terroremque tanti examinis considerando, animus conatur exquirere, mox ad seipsum refugiens sese expanserit inuenire.*

Secundum ad procellam, & fulgura reuertamur, cohæret cum Ruperti sententia illud Esaia 66. *Ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ eius.* Quem locum tractans D. Augustinus libro 20. de Ciuitate Dei cap. 21. *Quasi ignis, inquit, Dominus veniet, (sequitur versioem Septuaginta) iis profecto, quibus pœnalis erit eius aduentus.* Ad litteram illud. *Quasi turbo velocissimum eius, & terribilem aduentum* notat, turbo enim celerrimè obuia quæque deiicit. Meminit verò Propheta *quadrigarum*, vt cum exercitu, quasi præliaturus, aduentare intelligatur. Et quidem modo, dum durat vita præfens, quadrigæ eius pulcherrimo nomine Saluatio appellatur. Habacuc cap. 3. *Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio.* Tunc verò in die iudicij; quasi turbo quadrigæ eius futura dicuntur: quam similitudinem etiam vsurpauit Hieremias cap. 23. *Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum.* Eodem spectauit Daniel. cap. 7. *Aspiciebam, inquit, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedet, thronus eius flamma ignis, rota eius ignis accensus.* Porro est obseruandum, nubem istam, in qua Christus ad iudiciū veniet, probis quidem spem fiducia, & protectionis præbituram, reprobis autem fore terrificam: quod typicè in illa nube fuit expressum, quæ populum Hebræum ab Ægyptiorum exercitu diuidebat Exod. 14. vbi sic le-

Rupertus.

Isalm. 49. 3.

2. Theff. 17.

Iob. 31. 13.

Aduentus Domini ad iudicium terribilis.

Pron. 23. 10.

Deus paruulorum pauperum patronus Psal. 9. 14.

D. Greg.

II.

Esa. 66. 12. D. August.

Domini ad iudicium venientis habitus. Habach. 3. 8.

Hier. 23.

Daniel. 7. 9. Iudicij nubes proteclio probis, reprobum terror.

VIE GAS

Exod. 14. 19. Nubes deserti qualis fuerit. Abulen.

gimus, Tollens se Angelus Domini, qui praecebat castra Israel, abiit post eos, & cū eo pariter columna nubis, priora dimittens post tergum, stetit inter castra Aegyptiorum, & castra Israel, & erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem. Quem locum tractans Abulenlis quaestione 4. super decimum quartum caput Exodi, ait, Nubem illam fuisse tenebrosam contra partem exercitus Aegyptiorum, illuminantem verò noctem contra partem filiorum Israel, ita unum latus, quo respiciebat Aegyptios, tenebrosam esse, alterum verò, quo ad Hebraeos spectabat, omnino lucidum.

Exod. 10. 22.

Huc etiam pertinet illuc Exod. 10. cū dicitur: *Facta sunt tenebrae horribiles in universa terra Aegypti tribus diebus, nemo vidit fratrem suum, nec monit sede loco, in quo erat. Nihil unquam autem habitabant filij Israel, lux erat.* Id quod etiam in Dei throno igneo, paulò antè citato apud Danielem, declaratur, ignis enim cum paleam denigret, & consumat, aurum tamen reddit splendidius, & illustrius.

117.

Adventus Domini in nube. Chryso.

Nubes Ascensionis s. regali.

Esaia. 19. 1.

Augustin. Christo caro nubes.

Euseb.

Cyrl. Alex.

Procopius.

Secundò, Quæri potest, cur Deus in nube, seu nubibus, venturus sit? Respondemus eam esse causam, quia nubes est regalis Patris sui thronus, atque adeo tanquam princeps in paterno throno, hoc est, in nube consistet. Idcirco enim Divus Chrysostomus ait, Christo in Ascensione missam fuisse à Patre nubem, quasi sellam regalem, tomo tertio sermone de Ascensione Domini. *Helias, inquit, in curru igneo ascendit, Christus in nube, nempe quando servus vocabatur, curru mitabatur, ut veniret, at quando filius ascendebat, Dominica sedes currerat, ne tantum Dominica, sed etiam Paterna.* Etenim de Patre eius ait Esaia capite 19. *Ecce Dominus sedet in nube levi, seu, ut nostra habet translatio, Ecce Dominus equitabit super nubem leviem, seu iuxta proprietatem verbi Hebraici: Ecce Dominus ascendit super nubem leviem: quanquam hunc locum de Christi carne interpretatur Divus Augustinus, tractatu 34. in Ioannem, docens carnem Christi appellari nubem, quia sicut nubes Solem temperat, ita caro Christi Divinitatem inter latentem temperabat, ne intuentium oculos suo splendore prætingeret. Nube, inquit, tegitur carnis, non ut obscuretur sol, sed ut temperetur.* De eadem carne nubem istam interpretatur Eusebius libro 1. Demonstrationis Evangelicæ cap. 4. & Cyillus Alexandrinus, atque Procopius, in commentarijs super Esaia.

IV.

Exod. 19. 9.

Nubes incomprensibilis.

Dei naturæ typus.

1. Tim. 6. 16.

Psal. 17. 12.

Nazianz.

Cæterum, ut ad institutum revertamur, nubes est proprius Dei thronus, ut est perspicuum ex loco Esaia citato, ex cap. decimo & nono Exodi, cū dicitur: *Veniam ad te in caligine nubis.* Cuius rei duplex ratio afferri potest: vna est, in typum incomprehensibilis Dei naturæ, quam non nisi per caliginem, & nubis obscuritatem in hac vita mortali cognoscere possumus: quo sensu dixit Paulus 1. Ad Timoth. 6. *Qui lucem habitat inaccessibilem:* & Regius vates Psalm. 17. *Posuit tenebras latibulum suum.* Sic enim hunc locum intellexit Gregorius Nazianzenus in Apologetico: *Fix, inquit, Dei splendorem capientes, quem abyssus operit, cuius tenebra latibulum sunt, quantumque percipitur, tantumdem semper se subducit, amantesque sui ex eo, quod fugit, ac velut iam comprehensus se probus se subducit, ad superna allicit.* Quo spectat illud Sponsi ad Sponsam, Cantorum 6. *Averte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt,* pro quo Hebraicè legimus, Cant. 6. 4. *Quia ipsi me extulerunt:* cuius loci duplex est expositio; Altera, ut sit sensus, quia ipsi me superbire fecerunt, seu insolentiorum reddiderunt, quemadmodum ferè omnes Hebraei interpretantur, ut nimirum sponsus sponsam admonere, ne ipsum respiciat, quia oculorum eius pulchritudo eum quodammodo superbire facit, & supra modum gaudere, quod à tanta ametur pulchritudine. Altera, ut, *Extulerunt, idem sit quod Auolare fecerunt,* quemadmodum habet nostra translatio, & velit sponsus sponsam admonere, ne curiosius ipsum contempletur: quia

quò magis, inquit, intelligendi aciem in me intenderis, eò magis tuam cognitionem subterfugiam: clarius enim perspicias quantum tua intelligendi vis à meà naturæ sublimitate superetur: Legendus est Gregorius Nazianzenus Oratione de fide, ubi inter alia, *Certe, inquit, hæc est Deus, ad eum dicitur, non potest dici: cum astimatur, non potest astimari: cum definitur ipsa definitur, ne crescit, Quem omnia nesciunt, & metuendo sciunt.* Altera ratio est ea, quia nubes signum gratiæ & protectionis diuinæ, suos ab æstu tentationum, ac laborum protegentis: & quoniam Deus de hominum protectione gloriatur, idcirco protectionis gaudet Symbolis ad spem & fiduciam hominibus afferendam, iuxta illud Psalmi 104. *Ex-pandit nubem in protectionem eorum.* De qua re legendus est Gregorius Nyssenus in libro de vita Moyssi, & Origenes homilia 7. super Numeros.

Postremo possumus hunc locum sic mysticè accipere, *Venit cum nubibus*, id est, cum sanctis. Dicuntur autem sancti nubes secundum D. Thomam in caput duodecim epistolæ ad Hebræos. Primò, propter conuersationis sublimitatem, iuxta illud Elaiæ 60. *Qui sunt isti, qui ut nubes volant?* Et illud Pauli ad Philip-penses 3. *Conuersatio nostra in cælis est.* Secundò propter doctrinæ fecunditatem, iuxta illud Iob. 36. *Effundit imbres ad instar gurgitum, qui de nubibus fluunt.* Tertio, secundum D. Chrysostomum in eundem locum, propter spiritualis consolationis utilitatem: sicut enim nubes refrigerium præstant: ita exempla sanctorum, Quartò, secundum Hugonem Cardinalem ibidem, quia quemadmodum à nubibus procedunt pluuia, coruscationes, & fulgura, sic à sanctis pluuia doctrinæ, coruscationes miraculorum, fulgura comminationum oriuntur. Quintò, secundum Origenem in commentarijs super Hieremiam: Quia quemadmodum fulgura ex nubium collisione generantur, in morem silicem, quos cum comploferis, medius ex ijs ignis elicitur, ita nubes rationales cum se loquantur, ignem amoris diuini, & spiritualium commotionum fulgura ex se emittunt.

Et videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.

SECTIO XVII.

SENSVS verus est, omnestam probi, quam improbi, Christum in Iudicio corporeis oculis videbunt, ex quo & Christum in corpore suo visibilem omnibus venturum, & vniuersos mortales à mortuis fore excitandos manifestè colligitur. Fit autem mentio, præcipuè eorum, *qui eum pupugerunt*, quia ij maximo quodam doloris sensu afficientur: cum viderint eum olim à se tam ignominiosè acceptum, tanta iam gloria coruscantem, & orbis vniuersi iudicem constitutum. Sumptum est hoc testimonium ex Zachar. 12. ubi ita legimus: *Aspicient ad me, quem confixerunt.* Quem locum citauit Ioannes in Euangelio, cap. 19. ubi cum narra-
Zach. 12. 10.
Ioan. 19. 37.

raisset, quomodo Christo latus apertus fuisset, subiunxit: *Et iterum alia scriptura dicit, Videbit in quem transixerunt:* quo loco Ioannes mutatis verbis, sensum Prophete retinuit. Primò, Notandum est ex hoc loco D. Hieronymum occasionem sumpsisse II. contra Septuaginta translationem argumentandi. Quia videlicet ipsi transtulerunt: *Aspicient in me, pro eo quod insulauerunt:* cum enim Ioannes hanc sententiam alijs verbis citet: *Videbunt, inquit, in quem transixerunt,* constat proculdubio, *transixerunt* scriptum fuisse, non autem *insulauerunt:* ex quo rursus argumentatur Hieronymus deceptos fuisse Septuaginta similitudine Hebraicarum literarum, Res, ר, & Daled, ד. Nam si legamus, Dæcharu, דַּחַרֵּי, erit confixerunt. Si autem Rachadu, רַחֲדָו, *insulauerunt.* Vnde Euthymius in Ioannem, ait, verili-

Argumentatur Hieron. contra translatores Septuaginta. Euthym.

mile esse alium fuisse locum, quem Ioannes citauerit, eafum poſtea à Iudaïs. Caterum non eſt cur fingamus aliud ſcripturæ teſtimonium, pater illud Zachariæ citatum, ad quod Ioannes alluſerit, dici que poteſt Septuaginta interpr. 1777 Dacharu legiſſe, & tranſulſe tranſfixerunt. Verum Iudaos 70-translationem ſuo more corrupiſſe, corruptam enim eſſe editionem 70. multis in locis ab Hebraïs, auctor eſt Iuſtinus Philoſophus & Martyr in Dialogo cum Tryphone, & D. Hieronymus præfatione in libros Paralypomenon, & in cap. 30. Eſaiæ in illa verba: *Erit lux luna.* Et cap. 5. Ezech. in illa verba: *Tertiæ tui pars,* & in cap. 33. eiufdem, & D. Auguſt. lib. 15. de ciuitate Dei, cap. 13. & probatur, quia Gen. 5. ſecundum 80-translationem, inuenitur Mathuſalem vixiſſe quatuordecim annos, & 60 amplius poſt Diluuium, cum tamen in Arca non fuerit: ſolum enim octo animæ per Arcam ſaluæ factæ ſunt, nimirum, Noë, Sem, Cham, & Iaphet, & vxores eorum, vt eſt perſpicuum ex Genef. 6. & 1. Pet. 3. cui difficultati reſpondere aliter non potuerunt D. Hieronym. in quaſtionibus Hebraicis, D. Auguſt. lib. 15. de ciuitate Dei, cap. 13. Eucherius in cap. 5. Genef. & alij, niſi admittendo deprauatam eſſe Septuaginta translationem. Præterea Iona 3. Vbi Septuaginta habent. *Adhuc tres dies, & Ninine ſubuertetur:* apud Hebræos & Latinos codices legimus: *Adhuc quadraginta dies.* In quem locum D. Hieronym. teſtatur, nullo modo poſſe defendi lectionem Septuaginta, & D. Auguſtinus, lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 44. fatetur Ionam non trinum, ſed quadraginta dierum numerum præſcripiſſe, quanquam eius diuerſitatis allegoricam conatur rationem afferre, verum de hoc fuſius in noſtris ſuper Zachariam commentarijs.

III. Secundò, dubiū eſſe non debet, quin Ioannes hoc loco loquatur de apertione lateris Chriſti, cum ait: *Qui cum pupugerunt,* ſiquidem conſtat, cum alluſiſſe ad locum Zachar. 12. iam citatum, vbi legitur: *Confixerunt,* quem de percuffo Chriſti latere intelligendum eſſe Ioannes ipſe interpretatus eſt cap. 19. ſui Euangelij. Nec verò cum audis: *Pupugerunt,* exiſtmes punctum dumtaxat fuiſſe Chriſti latus, nam Ioannes ipſe, cap. 19. ſic ait. *Unus militum lancea latus eius aperuit:* quod verbum iam ſuperius expendimus cum D. Auguſtino, tract. 120. ſuper Ioannem. Itaque vt omnes homines liberè poſſent per illud latus apertum ad ſalutem ingredi, non punctum tantum, ſed apertum fuit: Atque adeo per oſtium arcæ Noë figuratum, quemadmodum docet D. Auguſt. lib. 15. de Ciuitate, cap. 26. *Quod oſtium,* inquit, *in latere accepit, proſectò illud eſt vulnus, quando latus crucifixi lancea perforatum eſt, hæc quippe ad illum venientes ingrediuntur,* vbi videtur Auguſtinus oſtium illud Arcæ intelligere, per quod animalia in Arcam ingreſſa ſunt: qua de re legendus eſt idem Auguſtinus lib. 12. contra Fauſtum Manichæum, cap. 39. Rectè etiam poſſumus exiſtimare fenestram illam, quam iuſſus eſt Noë facere in ſuperiori parte Arcæ, Genef. 6. quam in ſine diluuij aperuit, & per quam columbam emiſit, latus Chriſti adumbrare: quam fenestram, Magiſter hiſt. ſcholæſt. in Genef. cap. 32. exiſtimat fuiſſe cryſtallinam, ad aquas nimirum prohibendas, & lucem admittendam, Hebræi verò aiunt, fuiſſe lapidem quendam pretioſum fulgenti. *Velut Carbunculum,* ſplendore ſuo totam Arcam illuſtrantem, quæ omnia in latus Chriſti miſericordie quadrant, quod veluti cryſtallinum fuit, tum quoniam per illud nobis miſericordie eius viscera patuerunt, tum quoniam idem propter ardorem charitatis inſtar Carbunculi radians, vniuerſam Eccleſiam illuſtrauit. Rupertus lib. 3. in libros Regum, cap. 10. expendens ſtructuram templi Salomonis, de qua agitur 3. Regum 6. docet oſtium illud lateris medijs in pariete domus dextræ, & cochleam, per quam

Editio 70.
multis in locis
corrupta
ab Hebr.
Iuſti. Philoſ.
D. Hieronym.
Eſai 30. 26.
Ezech. 5. 10
D. Auguſt.
Genef. 5.

Genef. 6.
1. Pet. 3.
D. Hieronym.
D. Auguſt.
Eucher.
Iona 3. 14.
Auguſtin.

Ioan. 19. 34.
Auguſtin.
Latus Chriſti
apertum,
per quod ſi-
gnaturum.

Auguſtin.
Auguſtin.

Genef. 6.

Magiſt. hiſt.
ſcholæſt.
Fenestra ar-
cæ Noë, ex
qua materia.

Rupertus.

in medium Cœnaculum, & à medio in tertium ascendebatur, idem Christi latus expressisse. *Ostium*, inquit, *lateris templi*, vulnus est in latere lanceato Dominici pectoris, præter quod non est aditus, neque ostium, vel ianna, qua intret quis in quouis ordine coram Deo stare possit: ergo unum est ostium, per quod intratur in illud Dei templum, quo cum quis admissus fuerit, tunc demum ascendere poterit, vel à primo in medium, vel à medio in tertium, prout delectauerit quemcunque ascensus virtutum, vel celsitudo meritorum.

De eodem Christilatre intelligendum est illud Canticorum 2. *Veni columba* IIII. *mea in foraminibus Petre, in caverna macer.* Quem locum plerique Hebræo-
romita vertunt: In cauitatibus rupis, aluntque ocem Hebræam significare etiam
 Sparam, & ambitum illum, qui terram cingit, quod maximè lateri Christi com-
 tur sentus, sponsa mea quæ intar columbæ times, abscondere in foraminibus Latus Chri-
 sti mundi ca-
 paz.
 petre, id est, in vulneribus sponsi, & in caverna maceria, hoc est, eiusdem latere. Foramina
 petra, vulne-
 ra Christi.
 Christus enim petra dicitur i. ad Corinth. 10. videturque alludi ad illud, quod
 Dominus respondit Moyli postulanti, vt faciem sibi ostenderet, Exodi 33. *Est*
 inquit, *apud me locus, & stabis supra petram, & transibo, & abscondam te in foramine*
petre, & manu mea protegam te. Luculentius adhuc idem apparet, si legamus cum 1. Cor. 1. 10.
 Exod. 33. 21.
 plerisque Rabbini Hebræorum pro caverna maceria, in latibulo graduum, seu, in
 latebris scalarum, & cum ysdem interpretemur de foraminibus, & latibulis, quæ Christus arx
 inueniuntur in aggeribus, quibus arces, & muri ciuitatum iuniuntur, vt sit sen-
 sus: quamuis hostes te obideant & premant, habes tamen arcem ad quam con-
 fugias, id est Christum, & in ea latibula & foramina, hoc est vulnera, in quibus
 abscondaris: habes etiam scalas, & gradus, quibus ad salutem & securitatem ascen-
 das: Christus enim scalis comparatur, per quas Angeli ascendunt, & descen-
 dunt. Huc etiam videtur alluisse Esaias: cum dixit cap. 2. *Ingredere in petram, &*
abscondere in fossa humo à facie timoris Domini, quanquam hunc locum de die Iu- Esai. 2. 10.
 dicij plerique interpretantur, & Regius vates Psalm. 83. *Cor meum, & caro mea*
exultauerunt in Deum vinum: etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi
reponat pullos suos. Et Psalm. 103. *Montes excelsi ceruis, petra refugium herinaceis.* Deni- Psalm. 83. 3.
 Psalm. 103. 18.
 que Prouerb. 30. *Inter animalia astuta & prudentia, enumeratur lupusculus, quod*
ponat in petra cubile suum.

Tertio, quæres. Quinam sint isti, qui cum pupugerunt. Constat ex Ioan. 19. v.
 vnum ex militibus lancea latus Christi aperuisse, vulgè autem creditur, hunc Latus Chri-
 sti à Lon-
 gino non aper-
 tum.
 militem fuisse Longinum, eundemque, cum cæcus esset, Christi sanguine eius
 oculos tangente, aspectum recuperasse, sed hoc apocryphum esse merito exi- Cæsar. Baro.
 stimat Cardinalis Cæsar Baronius, in suis Annalibus Ecclesiasticis, vbi putat
 Longinum fuisse illum Centurionem, qui videns Christum magna voce cla-
 mantem expirasse, dixit: *Verè filius Dei erat iste,* & ita conuersus est, atque adeo
 non debuisse post suam conuersionem lancea latus Christi perfodere. Cæterum
 cum dicitur: *videbunt in me quem transixerunt, vel videbunt eum, qui cum pupuge-
 runt.* Iudæi præcipue intelligendi sunt, qui in die iudicij videbunt Christum,
 quem ipsi crucifixerunt, iudicem orbis terrarum constitutum: atque ex hoc loco
 manifeste colligitur Dominum venturum ad iudicium cum signis vulnerum, Christus ven-
 turus ad iu-
 dicium cum
 signis vulne-
 rum.
 quæ in cruce accepit, alijs enim quomodo agnoscent Iudæi illum ipsum iudi-
 cem crucifixum fuisse, cuique latus apertum, nisi vulnerum appareant cicatrices?
 Id quod conceptis verbis docet Sæuus Chrysostomus homil. 77. in Matthæum,
 & homil. 1. de Cruce, & Latrone, tomo 3. vbi ad idem ostendendum ex hoc ipse
 loco argumentatur, quod fiet ad maiorem confusionem impiorum. Eandem

*Cruce appa-
ritura iudicij
tempore ex Pa-
tribus contra
Calanum.*

*S. Ephrem.
Hyp. mari.
C. ril. Alex.
Chr. syst.
Origenes.
Hieronymus.
Hilarus.
Theophyl.
Euthymius.
Beda.*

*August.
Sibilla.
Vvaldens.
Cruce lignea
diuisa uerum
reformanda
diuisus ex
Vvaldens.
Sibilla.
Chr. syst.
D. Thom.
Beda.
Vulnerum ci-
carices cur
reuerentur
Christus.
Augustus.*

*Chr. syst.
Sibilla.
Chr. syst.
D. Thom.
Beda.
Vulnerum ci-
carices cur
reuerentur
Christus.
Augustus.*

*Cyrril. Alex.
Vatabl.
D. Hieron.
Theodor.
Deut. 32. 13.*

*Psal. 16. 7.
Diuina pro-
tectio pupille
munitioni
comparatur
ex Amb.*

que ob causam apparebit signum filij hominis in celo: quemadmodum dicitur Matth. 24. Quo loco et si Calanus, & alij, quos refert Marloratus in sua catena ad cap. Matth. 24. negent agi de Cruce, dicantque eum esse sensum: Tunc apparebit signum filij hominis in celo: id est, tunc apparebit Christus tam manifeste, ac si edito ligno in se omnium oculos conuertisset. Tamen omnes veteres de Cruce locum intellexerunt, sic enim docent sanctus Ephrem oratione de apparitione crucis tempore iudicij, Hypolitus martyr oratione de Consummatione mundi, & de Antechristo, Cyillus Hierosolymitanus Cateches. 15. D. Chrysofostomus homil. 55. & 77. in Matthæum, Origenes, Hieronymus, Theophylactus, Euthymius, Beda in 24. cap. Matthæi, D. August. serm. 130. de tempore, Sibylla etiam lib. 6. Oraculorum in fine his verbis:

*O lignum felice, in quo Deus ipse pependit!
Nec te terra capit, sed cæli tæta videbis,
Cum renouata Dei facies ignita micabit.*

Ecclesia quoque canit in festo Inventionis, *Hoc signum Cæci erit in celo, cum Dominus ad iudicandum uenerit.* Imò Thomas Vvaldensis tomo 3. tractatu 20. cap. 158. non improbabiler existimat eandem illam crucem ligneam, cui Christus affixus fuit, & nunc in minimas particulas toto orbe diuisa est, iterum diuinitus reformandam, & in celo apparituram: quod etiam uidetur asserere Sibylla loco citato, & innuere Patres citati iisdem locis. Potissimum uero Diuus Chrysofostomus. Legendus est Diuus Thomas 3. par. quest. 54. artic. 4. ubi quinque affert rationes, cur Christus uoluerit vulnerum cicatrices referuare. Prima est Bedæ, ut uidelicet in perpetuum uictoriæ suæ circumferat triumphum, quam eandem ob causam D. August. lib. 22. de ciuitate Dei, cap. 20. ait fortasse in illo regno mansura esse in corporibus Martyrum vulnerum signa. Secunda, Ad confirmandam corda discipulorum. Tertia, Ut ea Patri pro nobis orans semper ostendat. Quarta, Ut nobis amorem suum magis declaret. Quinta denique, ut in iudicio, quam iuste impij damnentur clarè denunciet. Vnde D. August. in libro de Symbolo, Inimicus, inquit, vulnera demonstraturus est sua, ut conuincens eos dicat: *Ecce hominem, quem crucifixus, uidetis vulnera quæ infixis, agnosceitis latus quod pupugistis, quoniam per uos, & propter uos apertum est, nec tamen intrare uoluistis.*

VI. Quartò & postremò, Per eos, qui Christum pupugerunt, etiam ij intelligenti sunt, qui eum in suis fidelibus persequuntur, quasi pungunt, cuiusmodi sunt tyranni, & hæretici, iuxta illud Zachar. 2. *Qui tetigit uos, tangit pupillam oculi mei:* Quo loco in Hebræis, Græcis, Chaldaicis, Complutensibus, regijsque codicibus habetur: *Tangit pupillam oculi sui,* & est duplex sensus. Vnus, qui uobis nocet, sibi potius nocet, quam uos: grauius enim punietur: quæ expositio est Cyrrili Alexandrini, Vatabli, & aliorum. Alter, qui placet diuo Hieronymo, ac Theodoro, & est communior: *Qui uos tangit, tangit pupillam oculi sui,* seu eius, id est Dei, ut nimirum Propheta ipse loquatur, hoc est maximè Deum offendit, & alludere uidetur Propheta ad illud Deuteronomij 32. *Circum dixit eum, & docuit, & custodit, quasi pupillam oculi sui:* Quam custodiam postulabat Regius uates, cum dicebat Psal. 16. *A resistentibus dextera tua custodi me, ut pupillam oculi.* Quem locum expendens D. Ambrosius, lib. 6. in Hexameron: *Pupilla,* inquit, *ne qua incidentis iniuria offensione ladantur, pilis hinc inde confertis, uelut quodam uallo, per circuitum muniuntur, unde tutum auxilium postulans Propheta, ait: Custodi me, Domine, ut pupillam oculi, ut protectionis Diuina fieret tam secura custodia, quam pupillam oculi curissimo quodam natura uallo munire dignatus est: simulque quia & innocentia, & inte*

Integritas leui sorde aspersa violatur, & gratia sua munus amittit. Hæc Ambrosius. Tangere autem est, vel minimum læde vthinc discas summum Dei erga nos amorem, qui vel minimum suorum tactu, n. sibi acerbissimum esse demonstrat, cum eum comparet læsioni pupillarum. D. Hieronymus in commentarijs super Zachariam sic exponit, *Quis sanctos, inquit, Domini tetigerit, sic est, quasi vexare cupiat pupillam oculi eius, & illum nitatur clara luce prinare, de qua loquitur, Matth. 5. Vos estis lux mundi.* Itaque vult Hieronymus sanctos esse veluti lumen oculorum Dei: quo quid præclarius dici potuit ad iniuriarum magnitudinem amplificandum, quibus sancti à sceleratis hominibus afficiuntur, nihil enim aliud præstant, quam Dei pupillam tangunt, & eius oculorum lumen offendunt.

D. Hier.

Matth. 5. 15.
Oculos Dei
offendunt
qui sanctos
lædunt.

Et plangent se super eum omnes tribus terræ, etiam, Amen.

SECTIO. XVIII.

NON placet quorundam sententia existimantium, hoc loco sermonem esse tantum de Iudæis: quamquam enim paulo antè Ioannes de Iudæis locutus fuerat, cum dixit, *Et qui eum purpigerunt,* quod ad Iudæos spectare diximus: quia tamen simul de vniuersis hominibus dixerat, *videbit eum omnis oculus,* non cogimur, eum, cum adiungit, *Et plangent se super eum omnes tribus terræ,* ad Iudæos tantum restringere, eò vel maximè, quod his verbis videatur aspicere ad locum illum Matth. 24. Vbi Christus ait, *Parebit signum filij hominis in celo, & tunc plangent omnes tribus terræ.* Vbi Dominum non de solis Iudæis locutum perspicuum est: idèmq; modus ipse vniuersè loquendi de omnibus terræ tribubus, non obscure confirmat: qui non satis explicatur de Iudæis, qui ex omnibus tribubus, toto orbe dispersi sunt: cum non dictum sit à Ioanne, *omnes tribus in terra,* sed *omnes tribus terræ,* quod fusiores significationem habet. Nec verò illud magni est ponderis nomen *tribus,* solere in sacris literis Iudæis attribui, Ioannemque hoc loco *φυλλω* vsurpare, quo cap. 7. vitur cum sigillatim nominat *tribus israel:* quamquam enim Latinum nomen *tribus,* & Græcum *φυλη* de Hebræorum tribubus dici soleat, tamen neque ex primaria impositione, neque ex accommodatione, & vsu ad solos Iudæos pertinet: nam quod ad impositionem spectat, Athenienses populum in duodecim partes diuidebant, quarum vnamquamque *φυλλω*, id est tribum, nominabant: rursusque vnamquamque *φυλλω* in tres partes secabant, quarum singula *τριφυλλω* dicebantur: & ij qui ad *τριφυλλω* pertinebant, *τριφυλλω* appellabantur. Quo ad accommodationem verò, & vsu, non solis Iudæis *φυλλω*, nomen attribui, palam est ex Genes. 28. vbi Dominus loquens de omnibus gentibus, quæ in Christo erant benedicendæ, dixit Iacob Patriarchæ, *Benedicentur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terræ:* Pro quo 70. habent, *εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα αἱ φυλαὶ, καὶ ἐν τῷ σπέρματι σου.* Et Psalm. 71. vbi etiam est sermo de omnium gentium ad Christum conuersione, dicitur, *Benedicentur in ipso omnes tribus terræ,* Græcè *εὐλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς.* Quare orbitamur, loqui Ioannem de omnibus in vniuersum reprobis, tam ex Iudæis quàm ex gentibus, qui vel Christi fidem recipere noluerunt, vel eius præcepta non seruauerunt. Hi omnes conspectu Christi in extremo iudicio maiestate, & iudicandi potestate, suâque ipsorum damnatione intellecta, acerbissimo & grauissimo dolore torquebuntur, infelicemque suum statum lamentantes *plangent se super eum,* hoc est seipfos plangent, atque de seipsis conquerentur, *super eum,* hoc est propter eum, vel non creditum, vel non dilectum: Græcè pro *plangent*

I. Matth. 24. 30.

Nomen tribus non ad solos Iudæos pertinet.

Gen. 28. 14.

Psal. 71. 17.

Hic, quem videtis gressibus vagis lentum,
 A methystinatus media qui secat septa,
 Quem non lacerna Publius meus vincit,
 Non ipse Codrus Alpha penulatorum,
 Quem grex cogatus sequitur, & capillatus,
 Recensque sella lineisque lorisque
 Oppignorauit amodo Claudy mensam
 Vix octo numis anulum, vnde canaret.

Et libr. 5. Epigr. 27. iocatur in Codrum offensum, quod cum Alpha appellatur, monetque, ut se vicissim Beta appeller, hoc est, locum sibi secundum deferat, sicut ipse ei primum detulerat, cum Alpha appellavit: est autem huiusmodi Epigramma:

Quod Alpha dixi, Codre, penul-
 Te nuper, aliqua cum iocaveri-
 Si foret bilem mouit hic tibi ve-
 Dices licebit Beta me togatorum.

Cur verò Alpha primum inter literas locum teneat, Plutarchus $\tau\eta\sigma\ \sigma\mu\pi\omega\sigma\iota\alpha\kappa\omega\ \tau\omega\sigma\ \epsilon\lambda\eta\eta\iota\alpha\ \tau\omega\sigma$ decade 9. eam reddidit causam, quòd prima vox naturalis & articulata per Alpha redditur, eo quòd spiritus, qui est in ore, potissimum labio-
 Infantis quòd primò edant vocem. Protogenes.
 rum motu formatur, & fingitur: iurem diductis primis hic sonus egreditur, mitè simplex, & qui nec linguæ requiritur auxilium, sed ea subiacente per spatium effertur: vnde & pueri nascentes primum hanc edunt vocem. Protogenes apud Erasmmum in suis Adagiorum Chiliadibus, Chiliade 2. Centuria 4. aliam excogitavit rationem: ait namque primum vocales iure præferri consonantibus, quòd citra illarum adminiculum sonent: deinde vocales ancipites longis, & breuibus præponendas esse, quòd vtriusque generis vim complectantur. Denique inter ancipites iure optimo principatù Alpha obtinere, quòd in syllabis conflandis, Iota, & Ypsilon sequantur Alpha, ut in his dictionibus *d' ve lov d' vas*: Alpha autem nunquam duas illas sequitur, ita ut eandem syllabam efficiat, sed semper resiliat, & suum tueatur principatum.

III.
 Esai. 44.
 Numerus
 sphaeræ seu
 circularis
 qui sit.

Georg. Venet.

Secundò Notandum est, proprium esse Dei, esse principium & finem rerum omnium, hoc est causam efficientem, & finalem creaturarum iuxta illud Esaiæ 44. *Ego primus, & ego novissimus*, quòd mysterium agnoscunt plerique Hebræorum in nomine illo Tetragrammato, hoc est, quatuor literarum I H O V A H , in quo omnes literæ numeros sphaeræ, seu circulares significant. Est autem numerus circularis ille, qui per seipsum ductus in seipsum semper recurrit, cuiusmodi sunt quinque, sex, decem: si enim quinque quinquies ducas, efficiet, viginti quinque, & ita in infinitum numerus quinarium per seipsum ductus, semper in seipsum recurrit: quòd idem in senario ac denario reperies. Quanquam verò plerique denarium non ponant in numeris circularibus, ponit tamen Georgius Venetus, quem inferiùs citabimus, Igitur tres dicti numeri & omnes, & soli sùnt numeri circulares, siue sphaeræ: atque hi numeri in dicto nomine continentur. Nam Iod significat denarium: He quinarium: Vau senarium: qui omnes & soli sùnt numeri sphaeræ, ut significetur Deus esse veluti sphaeram, & progressu sphaerico procedere, reuocâdo in se omnia, sicut ab ipso processerant, quæ est obleruatio Georgij Veneti in sua Harmonia mundi, cantico 1. tono. 8. cap. 3. in cuius rei typum totus orbis sphaericus est: etenim nemadmodum omnes

omnes circuli lineæ à centro exeuntes ad peripheriam tendunt, & ab ea in centrum redeunt, sic omnes creaturæ emanantes à centro supremæ spheræ, tanquam à causa efficiente ad eiusdem peripheriam tanquam ad finem regrediuntur, tandemque in eo tanquam in centro conquiescunt. Vnde Mercurius Trimegistus in Primandro, *Deus*, inquit, *Monas*, id est, *unitas est, quæ principium est, omnem numerum continens*. Hinc merito fit, ut Christus Dominus secundum diuinam naturam, principium hoc loco appelletur, & finis. Et quidem quod attinet ad rationem principij, probatur primum ex cap. 1. Genesis, cum dicitur. *In principio creauit Deus calum & terram*. In principio, id est, in Filio, ut interpretatur Origenes homilia 1. in Genesim. *Quod est*, inquit, *omnium principium, nisi Dominus noster, & saluator omnium Christus, primogenitus omnis creaturæ: in hoc enim principio, hoc est, in verbo suo fecit Deus calum & terram*. D. Augustinus libro 1. de Genesi contra Manichæos cap. 1. & libro 1. de Genesi ad litteram cap. 4. & 5. & libro 12. Confessionum cap. 17. & 28. D. Hieronymus in principio Genesis, in suis traditionibus Hebraicis, D. Ambrosius libro 1. Hexameron cap. 4. Cyrillus Alexandrinus in Genesis, D. Hieronimus in Psalmum 2. Theodoretus in Epitome Diuinarum dogmatum, & his omnibus antiquior Tertullianus libro aduersus Hermogenem cap. 20. & libro aduersus Praxeam cap. 5. Secundo idem confirmatur ex Psalm. 109. *Tecum principium in die virtutis tue*. Quem locum D. Augustinus, & D. Hieronymus in commentarijs eiusdem Psalmi de Filio interpretantur, quæ principium eo loco appellari existimant: quanquam per principium magis ad litteram intellexerunt, principatum, & imperium, Tertullianus aduersus Hermogenem, D. Basilius homilia 10. in Hexameron, & Euthymius, hoc sensu, *Tecum principatus, & imperium in die potentie tue, cum splendoribus sanctitatum*. Per quem diem Tertullianus tempus illud intelligit, quo Christus post resurrectionem cepit regnare. Tamen Theodoretus de secundo aduentu cum gloria, & splendore interpretatur. Tertio ostenditur ex Ioannis 8. ubi Christus Iudæis percontantibus, quis esset, respondit, *Principium qui & loquor vobis*. Qui enim, non autem, quia legit, D. Ambrosius lib. 3. de fide cap. 4. & lib. 5. cap. 5. ubi legit, *Ego sum principium, quod loquor vobis*: & lib. 1. Hexameron cap. 2. & 4. & lib. de Tobia cap. 19. ubi eo testimonio probat Christum esse principium rerum omnium. Eandem expositionem sequitur D. Augustinus lib. 10. de Ciuitate cap. 24. & lib. 11. cap. 32. & lib. 5. de Trinitate cap. 13. & lib. 1. contra aduersarium legis, & Prophetarum cap. 3. denique tractatu 38. in Ioannem. Quanquam autem Græcè sit ἀρχή in accusandi casu, ut subaudiatur *est*, & sit sentus, à principio ego sum, idem sentus redditur: est enim Hebræismus, quemadmodum & ille Psalm. 92. *A sculo tu es*: aut supple cum D. Augustino tractatu 38. in Ioannem, *Credite me esse principium*. Scio alios magis congruenter Græca locutioni sic interpretari, Sum id, quod à principio loquor vobis. Sed dicta Patrum expositio ob eorum auctoritatem, etiam amplectenda est: tunc verò illud ἔγωγε latinè sumptum, cum sit neutrius generis, atque ad eò referri non possit ad ἀρχήν, quod est fœminini, sic est accipiendum, *Credite me esse principium*, id quod iam dudum prædico & loquor vobis.

Tertio Rectè subditur. *Qui est, & qui erat*. Etenim, *est*, proprium est Diuinæ naturæ, non secundum, quia Deus est ipsum esse, iuxta illud Exod. 3. *Ego sum, qui sum: sic dices filiis Israel, qui est, misit me ad vos*. Sed etiam quia, *est*, dicit stabilitatem illam permanentem, & inuicibilem, quæ in æternitate cernitur, quam ob causam ipsa æternitas appellatur, *Hodie*, quemadmodum docet Clemens Alexandrinus oratione adhortatoria ad Gentes, *Hodie*, inquit, *est imago æterni sæculi*:

Sic reuecat in se omnia deo sicut ab ipso procedunt. Merc. Trif. Christus quoad Deum principium & finis. Genes. 11. Origenes.

D. August. D. Hieron. D. Ambr.

Cyrril. Alex. Hilarius. Theodoret. Tertullian. Psal. 129. D. August. D. Hieron.

Tertullian. D. Basil. Euthym.

Ioan. 8. 25. D. Ambros.

D. August.

Psalm. 29. D. August.

III.

Exod. 3. 14. Est, proprium diuinæ naturæ. Clemens Alexandrinus.

VIE. GAS

LE

POGAL

CI

23

Arnobius.
Hebr. 1.
D. Thom.
Chrysof.
Theophyl.
Ambros.
Theodor.
Oecumen.
Actor. 13. 32.
Pfal. 2. 7.
D. Ambros.
D. Hilarius.
D. Chryso.
D. August.

vndefit, vt de Deo proprie dici non possit, fuit, aut erit, & ita intelligendum est illud Psalmi secundi, *Filius meus es tu, ego hodie genui te*: Quem locum de aeterni verbi generatione intelligit Arnobius, imò & V. Paulus ad Hebr. 1. secundum expositionem D. Thomæ, Chrysofomi, Theophylacti, & Ambrosij, quamuis negandum non sit, intelligendum quoque esse de temporali Christi generatione, vt volunt Theodoretus, Oecumenius, & alij. Imò & de ipsa resurrectione, qua vt in superioribus diximus, est veluti quædam regeneratio: hoc enim sensu affertur à Paulo, Actor. 13. *Nas, inquit, vobis annunciamus eam, quæ ad patres nostros re-
promissio facta est, quoniam hanc Deus adimpleuit filijs vestris resuscitans Iesum*: Sicut, & Psalmò 2. dictum est: *Filius meus es tu, ego hodie genui te*: & ita etiam intellexerunt Diuus Ambrosius, li. 3. de Sacramentis, Diuus Hilarius, & Diuus Chrysofomus in Psal. secundum. Sed vt ad institutum reuertamur. *Est proprium est Symbolum aternitatis: quemadmodum & E. die, vnde D. Augustinus lib. de vera Religione, cap. 49. Nihil, inquit, præteris in æterno, & nihil futurum est: quia, & quod præterit, esse desinit, & quod futurum est, nondum esse capit: æternitas autem tantummodo est, nec fuit, quasi non sit: nec erit, quasi adhuc non sit.* Legendus est idem Augustinus tract. 8. & Clem. Alex. 39. in Ioannem, & libr. 83. quæstion. quæst. 17. Clemens Alexandrinus in Protreptico, D. Basilii in Liturgia, Dionysius Areopagita, cap. 9. de Diuinis nominibus, D. Ioannes Damascenus lib. 1. de fide Orthod. cap. 8. Iustinus oratione parænetica ad Gentes, & in Dialogo cum Tryphone, D. Hilarius lib. 12. de Trinitate, & Gregorius Nazianzenus Orat. 2. in Pascha: vnde à Græcis Theologis dicitur τὸ ἀϊδίον ἰδιότητος ἡ ἰδιότης, hoc est, id quod est, aternitatem significare. Idem docet Plato in Timæo, dicens: *Solum est, conuenire diuinæ naturæ, non fuit, aut erit.* Apud Delphos, in templo ipso Delphico inscripta erat literis aureis Græca dictio, ὅς, cuius inscriptionis varias conatur adferre rationes Plutarchus in opusculo, quod de ea de re composuit. Sed ea nobis videtur maximè germana: quod scilicet vocauerint ij sapientes significare, Deum stabilem & permanentem habere durationem, vt, et, sit secunda persona verbi substantiui Græci.

V.
Greg. Naz.
Theodor.
Plato.
Nazianz.
Erat, & erit
Deo maxi-
mè conue-
niunt.
D. Basilii.

Quartò, Quod atinet ad vocem, *Erat*, quanquam Gregorius Nazianzenus. Orat. 2. in Pascha, & Theodoretus. lib. 2. de curandis affectionibus Græcorum ex Platone in Timæo, negent Deo posse attribui, quia nimirum erat, & erit, sint nostri temporis, species, vt ait Plato, seu eiusdem segmenta, vt loquitur Nazianzenus, tamen Deo tribui posse, imò maximè conuenire perspicuum est, tum ex hoc loco Ioannis, tum ex initio sui Euangelij, cum ait: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*: Quod expendens D. Basiliius libro de Spiritu sancto, cap. 6. Pylebrè, inquit, *Ioannes duabus vocibus cogitationem nostram intra præscriptos terminos reclusit, cum ait: In principio erat. Et ec enim vox, erat, nullum cogitationi præbet exitum, quemadmodum & illa, principium, non dat transitum humanæ mentis imaginationi; quantum enim cogitatione curvas ad interiora, non excedis erat, & quantumuis insisteris videre, quæ sint vera Filium, non poteris tamen superare principium.* Idem habet D. Hilarius, libro 2. de Trinitate. *Quid est, inquit, illud, erat, transeuntur tempora, transcenduntur secula, pone aliquid, quod ipse tua opinione principium, non tenes tempore, erat enim.* Idem docet Theodoretus, libro quinto Diuinorum decretorum cap. de Filio, Diuus Ambrosius, libro secundo, de Dominicæ incarnationis sacramento, cap. 3. & Cyrillus Alexandrinus, lib. 1. in Ioannem.

Theodor.
D. Ambros.
Cyril. Alex.
Vi.
Duplex christi
aduentus.

Quintò, Notandum illis verbis, *Et qui venturus est omnipotens*: Significari secundum Christi aduentum, qui futurus est in maiestate, propterea enim additur

omnipotens,

omnipotens, duplicem enim Messie aduentum sacra Scriptura memorant. Alterum in humilitate ad redimendum, in maiestate alterum ad iudicandum. De priore loquitur Zacharias, cap. 9. cum ait: *Exul a facie filia sion, debila filia Hierusalem, ecce Rex tuus venit tibi, inquit & saluator, ipse pauper, & ascendens super asinam & super pullum filium asinae.* De posteriori verò Daniel, cap. 7. *Aspiciebam in visione noctis, & ecce cum nubibus caeli, quasi filius hominum veniebat, & usque ad antiquum dierum peruenit.* Quibus duobus locis premise valde continentur Talmudite in libro Sanedrini: vtrumque aduentum simul complexus est Regius vates Psal. 95. *Et dixit: Excitabunt omnia ligna sylvarum a facie Domini, quia venit, quoniam venit iudicare terram:* Quem duplicem aduentum, quia iuniores Hebraei non distinguerent ad mentis prolapsi sunt, ut duos Messias confingerent, vnum filium Ioseph occidendum, & resurrecturum; alterum filium David orbis terrarum dominatorem, cum maiestate venturum, occasionem sui erroris accipientes ex eo quod Rabbini veteres vnu, & eundem Messiam filium Ioseph, propter primū aduentum, & filium David propter secundum allegoricè tradiderunt, non quoddam geminum Messiam inueherent. Qua de re legendi sunt inter alios Hadrianus Finus, lib. 5. Flagelli cōtra Iudaeos, cap. 1. & sequentibus, & Galatinus, lib. 4. de Arcanis cap. 1. & 2. Quod autem duplicis huius Messie aduentus ignoratio, radix fuerit Iudaeae caecitatis, notatur D. Irenaeus, lib. 4. Contra haereticos, c. 56. Tertullianus in Apologetico aduersus gentes, cap. 21. Origenes, lib. 1. contra Celsum, D. Cyprianus libro de Idolorum vanitate, & Rabbi Samuel Marrochianus, lib. de aduentu Messie, cap. 9. 10. & 11. & refertur, tomo 5. Bibliothecae sanctorū Patrum.

Zach. 99.

Dan. 7. 13.

Talmudiste.

Psal. 95. 12.

Hebraeorum

amentia cir-

ca Messiam.

Had. Finus,

Galatinus.

Radix in lai-

ca caecitatis,

que.

Tertullian.

Origenes.

Rabb. Sam.

Ego Ioannes frater vester particeps in tribulatione, & regno,
& patientia, in Christo Iesu.

SECTIO XX.

ABSOLUTA sua salutatione Ioannes ipsam narrationē iam ingreditur, prius- que scribentis personam, hoc est, seipsum indicat, ut melius recipiantur, quae dicenda sunt, vbi etiam aduertit Rupertus, Ioannem ter iam suum nomen posuisse. Dixerat enim, *Loquens per Angelum suum seruo suo Ioanni.* Et iterum: *Ioannes septem Ecclesiis quae sunt in Asia.* Denique modo, *Ego Ioannes frater vester:* ut nimirum nemo de auctore huius operis, atque adeo, nec de auctoritate dubitaret. Fratrem se fidelium propter Christi fidem appellat: *in tribulatione* verò *participem*, propter eos quos fidei causa labores patiebatur, & iuxta in Pathmo insula exilium, ad quem propter praedicationem Euangelij fuit à Domitiano relegatus, id quod eò pertinet, ut tanti Apostoli, illius inquam Apostoli quem diligebat Iesus, communicationem pro magno haberent, singularēque ducant diuini in se amoris argumentum; multis propter fidem calamitatibus implicari *patientia* etiam suae meminit ut suo exemplo aequo animo ad mala omnia ferenda animeretur: quod ut libentius faciant, *regnum* proponit ante oculos, quod in caelis eos, qui ad finem vsque perseverauerint, stabile fixumque manet. Denique illud *in Christo Iesu*, idem est atque propter Christum Iesum: cuius nimirum causa persecutionem tolerant, cuius virtute & praesidio labores patienter ferunt: à quo etiam, & per quem regnum caeleste consequentur. Reliqua ex nostris observationibus petenda sunt: illud addiderim non displicere etiam quod ait Aethas, eò Ioannem se in his omnibus fidelium participem appellare, ut fidem sibi apud

Rupertus-

Ioannes no-

men suum

cur ter iam

posuisset.

fideles in ijs quæ dicturus est, magis conciliet: solemus enim facilius fidem habere illis, qui nobiscum in iisdem laboribus eadem de causa susceptis communicant, cum aliquæ ad eorundem laborum perpeſſionem, & speratam mercedem, spectantia confinemorant: illud pro certo statuentes, cum ij in eadem causa versentur, & eorum æquæ, ac nostra res agatur, non debere nobis imponere.

II. Porro aduerte, Pro patientia, esse Græcè ὑπομονή, quod non tantum significat patientiam, qua mala toleramus, sed etiam & propriè ex vi verbi, patientem expectatione, qua cum spe præmij in malis ferendis perseueramus, ὑπομένειν, id est, expectare, sustinere veluti Psal. 26. *Expecta Domine, viriliter ago & confitebor cor tuum & sustine Domine*: vbi utroque loco habetur eodem planè sensu, verbū ὑπομένειν: sic enim Græcè legimus ὑπομένειν τὸ Κύριον, ἀνδρείως ἔχων, & ὑπομένειν τὸ Κύριον, ἐστὶν ἡμεῖς, quoniã ab ipso patientia mea: ἡ ὑπομονή μου, ad Rom. 2. *Qui reddet unicuique secundum opera eius*: quidem qui secundum patientiam boni operis gloria & honorẽ, Græcè καὶ ὑπομονῆς ἐργῶν ἀγαθῶν, vbi patientiã boni operis, est perseuerantia in bono opere, ita, & patiens quædam mercedis & gloriae suo tempore tribuendæ, expectatio: & multo clarus ad Roman. 8. *si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus*, δι' ὑπομονῆς ἀπεκχόμεθα. Quidã huc pertinere arbitrãtur illud ad Roman. 9. *sustinuit in multa patientia vas ire*: sed hallucinantur: ibi nanque patientia pro longanimitate sumitur: neque enim Græcè est, ἐν πολλῇ ὑπομονῇ, sed ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ, id est, in multa longanimitate, sicut & 1. Machab. 8. cum dicitur de Romanis: *Possederunt omnem locum consilio suo & patientia*: similiter enim eo loco, patientia, longanimitatem significat cum sit Græcè τῆ βολῆ αὐτῶν ἢ τῆ μακροθυμίας.

Psal. 26. 14.

Psal. 62. 6. Rom. 2. 6.

Rom. 8. 25.

Rom. 9. 22.

Mach. 8. 4.

III.

Humilitas precipua in Doctore virus. Matt. 11. 29. D. Athanas. Hieronymus. Chrysostom. Augustin.

Gregorius.

Matt. 10.

D. Ambr. Diligi à subiectis quam timeri præstat.

Psal. 131.

Primò notanda est humilitas Ioannis, qui se non Apostolum, non dilectum discipulum, sed fratrem cæterorum fidelium appellat. Agnoscebat enim humilitatem præcipuam esse in Doctore virtutem. Vnde est illud Christi Matthæi 11. *Disce à me, quia mitis sum, & humilis corde*. Quæ sententia duobus modis exponitur. Vno, vt Dominus cupiat nos ab ipso discere hoc ipsum, quod ipse sit humilis, seu ipsam humilitatis virtutem. Sic locum intellexerunt Diuus Athanasius serm. 4. contra Arianos, Diuus Hieronymus sermone ad Paulam, & Eustochium de Assumptione beatæ Mariæ, Diuus Chrysostomus homil. 29. in Matthæum, Diuus Augustinus libro de sancta Virginitate, cap. 35. & Diuus Bernardus serm. 4. de aduentu Domini, & serm. 5. in vigilia Natiuitatis, aliisque in locis. Altero, vt illud quia, sit particula causalis, & reddatur ratio, cur ab ipso omnes discere debeant, quia nimirum sic maximè humilis, quæ expositio est D. Gregorij lib. 20. Moralium cap. 30. Iob. *Quid est, inquit, Dominum mitem se in magisterio, atque humilem dicere, nisi relictis exercenda elationis difficultatibus plana quadam bene viuendi itinera demonstrare?* Quod autem mansuetudo, & humilitas maximè omnes inuitet ad audiendum & parendum ijs, quæ à Magistro dicuntur, ex eo est perspicuum, quod propterea Christus Dominus Apostolis ad orbem docendum ituris præcepit, ne virgam ferrent. Matt. 10. quemadmodum interpretatur D. Ambrosius in eum locum, & lib. 2. de Officijs, cap. 7. ait: *Moyſen, & Dauidem, ob mansuetudinem magis, quam ob rerum gestarum gloriam populo fuisse charissimos: Dauid, inquit, Rex cum omnibus æquabat suam militiam, fortis in prælio, mansuetus in imperio, ideo non cecidit, quia charus fuit omnibus, & diligi à subiectis, quam timeri maluit: timor enim temporalis tutaminis frustat excubias, nescit diuturnitatis custodiam.* Vnde rectè ipse dicebat Psal. 131. *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudo*

mansuetudinis eius. Idcirco D. Bernard. sermon. 70. Cant. in illa verba capitulo Bernard.
 secundo. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia: inter illa lilia, in*
quibus sponfus amabilis pascitur, mansuetudinem connumerat, per quam re-
gnasse dicitur Psalm. 44. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prospere procede, &
Psalm. 44. 3. regna propter veritatem & mansuetudinem. Atque hanc naturam facilitatem, cum
 virtute humilitatis coniunctam, qua quis quantumque dignitate, aliisque
 ornamentis excellens, nemini se præponit, sed amari potius vult quam timeri,
 verum iter gloriæ appellat M. Tullius in 1. Philippica, cum ita absentem Agto- M. Tullius.
 Num alloquitur; *Illud magis vereor ne ignorans verum iter gloria, gloriosum putes, plus*
te unam posse quam omnes, & metui a civibus tuis quam diligi malis: quod si ita putas, fo-
tam ignora viam gloria. Charum esse civem, bene de Rep. mereri, laudari, coli, diligi, glo-
riosum est: metui vero & in odio esse, visidiosum, detestabile, imbecillum, caducum, quod
videmus etiam in fabulis illi ipsi, qui Oderint, dum metuant, dixerit, perniciosum fuisse: utri-
nam, Anroni, avum. Cum meminisses: putasne illum immortalitatem mereri voluisse, ut pro-
pter armorum habendorum licentiam metueretur: illa erat vita, illa secunda fortuna, liberta-
te esse parem cum catervis, principum dignitate, beatus est nemo, qui ea lege vivit, ut non modo
imponere, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit.

Secundò, Notandum est, prius dictum esse, *Particeps in tribulatione quàm in*
regno, quia qui regni particeps esse voluerit, prius debet esse particeps tri-
bulationis, iuxta illud 2. ad Timoth. 2. Si sustinebimus, & coregnabimus, quæ ob-
servatio est Ruperti in hunc locum. Hoc, inquit, ius legale est apud celestem re-
gem: ait enim Lucæ 22. Vos estis qui permanistis mecum in tentationibus meis, & ego di-
spono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam
meam in regno meo. A quo legali iure nec ipse Christus exemptus fuit, quemad-
modum docet Petrus 1. sua epistola cap. 1. scrutantibus, inquit, in quod vel quale
tempus significaret in eis spiritus Christi præannunciavit eas, quæ in Christo sunt passiones,
& posteriores gloria. Posteriores, inquam, id est, præcedentibus tribulationibus
comparatas, quemadmodum interpretatur Glossa. Idemque docet Tertullianus
Christo quæ
libro de corona militis cap. 14. expendens illud quod dicitur de Christo post re-
surrectionem, quod fenum mellis comederit. Christus, inquit, feno post sella gu-
stavit, nec antea rex gloria a celestibus saluatus est, quam rex Iudæorum præscriptus in
cruce, minoratus primum à Patre modicum quid citra Angelos, & ita gloria & honore
coronatus. Atque in huius rei figuram ut observaavit idem Tertull. lib. de Baptis-
mo cap. 8. Iacob Patriarcha benedictionem filijs Ioseph decussatis manibus, hoc est, in
crucis formam positis impertivit. Genes. 48. ut videlicet intelligeremus benedictio-
nem non nisi per crucem haberi posse: in typum etiam eiusdem rei in superiora
Salomonis templi tabulata per cochleam ascendebatur, quod idem de Ezechie-
lis templo dicitur cap. 41. his verbis: Platea erat in rotundum ascendens sursum per
cochleam, & in canaculum templi deferebat per Christum: quo significatur in cælum
non nisi per tortuosam laborum viam ascendendum esse. Nec vacat mysterio
quod hoc loco Ioannes, Regnum, inter patientiam & tribulationem colloca-
rit, quæ videlicet per multas hinc inde tribulationes in regnum cælorum o-
portet introire. Nam quemadmodum docet Gregorius Nazianzenus Orat. 1.
in Iulianum: Corona in eos comparantur, qui certamine congregantur, non qui sursum
sedent veluti spectatores. Illud verò quod additur, in Christo Iesu, significat huiusmodi
tribulationes, quæ regnum merentur propter Christum, seu propter probitatem
ferendas esse, iuxta illud 1. Pet. 4. Nemo vestrum patiatur tanquam homicida,
aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autem ut Christianus, non erubescat:
 1. Pet. 4 15.

III.
 Prius tribu-
 lationis sit
 particeps,
 qui voluerit
 esse regni.
 2. ad Timot.
 2. 12.
 Rupertus.
 Luc. 22. 28.
 1. Pet. 1. 11.
 Posteriores
 gloria in
 Christo quæ
 sunt.
 Glossa.
 Tertul.
 Tertul.
 Item Et/ re-
 gnum.
 Nazianz.
 1. Pet. 4 15.



Rupertus.

potest etiam cum Ruperto sic accipi in Christo, id est, imitando Christum, qui opprobria, & irrisiones propter nos pertulit, & praterea suos malefactores diligebat.

V.

Tu scilicet, quando pro Christo patimur.

Tertio aduertit, merito tribulationem cum regno coniungi: imò regnum inter tribulationem & patientiam collocari: *Particeps*, inquit, in tribulatione, & regno & patientia, ut intelligamus, nihil esse gloriosius magisque regale, quam pro Christo tribulationem patienter tolerare. Itaque tribulationem & patientiam regalis quidam honor, imò & regnum ipsum connectit, ut putemus tunc verè nos regnare, hoc est, verè nobiles, gloriososque esse, cum pro Christo tribulati & afflicti, persecutionemque aliquam patienter ferimus. Id quod disertè tradit Petr.

1. Pet. 4. 3.

1. sua epist. c. 4. *Charissimi, nolite peregrinari in seruire, qui ad tentationem vobis sit, quasi noni aliquid vobis contingat, sed communicantes Christi passionibus, gaudete, ut & in reuelatione glorie eius gaudeatis exultantes: si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris, gloria, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus super vos requiescet.* Vbi

Locus obsecutus elucidatur.

primò aduertit, quod dicitur: *Nolite peregrinari in seruire, per seruiorem accipiendā esse tribulationē: tunc verò sensum esse, Nolite tribulationibus commoueri quasi nouis & insolitis: hoc est, nolite mirari propter tribulationes, quæ vobis accidunt, quasi homines in huiusmodi peregrini & hospites: est enim peregrinorū propriū externarum gentium mores & opera admirari: ne igitur tanquam peregrinos vos in tribulationibus preferatis, quasi tribulationes Christiano homini nouæ sint, & insolita. Hæc enim est vis Græcæ sententiæ *μη ἐπιθέσθε τὴν ὑμῶν πρῶσθε*: hoc est, nolite peregrinari in exustione, siue examinatione per ignem: alludit enim iterum Petrus ad aurum, quod per ignem probatur, ut sit sensus: Ne ceu peregrini tanquam re noua, & insolita moueamini, cum per ignem tribulationis exploramini. Etenim quòd peregrinari vsurpet Petrus pro admirari, patet ex eadem epistola, eodem capite: nam vbi nos habemus: *In quo admirantur non concurrentibus vobis, &c.* est Græcè *ἀδ ἐπιθέσθε*, id est, in quo peregrinantur, seu quasi ad rem nouam & insolitam, inlar peregrinorum, obstupescunt. Accedit etiam D.*

Cyprian.

Cypriani, qui ita etiam locum intellexit: is enim lib. 4. Epistolarum, epist. 6. quæ est ad Thiburitanos pro exhortatione martyrij: *Nec quisquam, inquit, miretur persecutionibus nos assidue fatigari, & pressuræ angustibus frequenter urgeri, quando hæc futura in nouissimis temporibus Domini ante prædixerit, & militiam nostrā magisterio, & hortamento sui sermonis instruxerit: Petrus quoque Apostolus eius docuerit, ideo persecutiones fieri, ut probemur, & ut dilectionis Dei, iustorum præcedentium exemplo, nos etiam morte, & passionibus copulemur: posuit enim in epistola sua dicens: Charissimi, nolite mirari ardorem accidentē vobis, qui ad tentationem vestram sit, nec excidatis tanquam nouum vobis cōingat, sed quousies communicatis Christi passionibus, per omnia gaudete. Hec ille: Vbi cernis Cyprianū pro eo, quod nos habem: *Nolite peregrinari, legere: Nolite mirari.* Deinde (id quod eam ad rem facit) obserua illud, quod subiungitur: *si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris & gloria, super vos requiescet*: quibus verbis significatur maximè honorificum & gloriosum esse pati pro Christo. Quid verò mirum, si honorificum sit fidelibus*

Christus honoris fidelium. 1. Pet. 2. 6.

pati pro Christo, cum Christus honor fidelium sit? Sic enim eum idem Petrus appellat. sua epistola, cap. 2. *Qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem, lapis, quem reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis.* Porro quòd dictum est: *Qui crediderit in eum, non confundetur*, desumptum est ex Esai. 28. vbi ita legimus: *Qui crediderit, non festinet, vbi, non festinet, idem est atque non confundatur, non erubescat: ea enim*

enim

enim est vis Hebraeae dictionis, desumpta metaphora à consuetudine erubescen-
tium, qui solent festinare, id est, quam citissime, sese reliquorum consuetudini, &
aspectui subtrahere, cui etiam concinit noster Lusitanus idiotismus, quo *Currere*
pro *Pudescere*, vsurpamus.

Fui in insula, quae appellatur Pathmos.

SECTIO XXI.

COMMEMORAT Ioannes locum suarum visionum, docetque fuisse in-
sulam Pathmon, ad quam fuerat à Domitiano Imperatore relegatus, ad ef-
fodienda metalla, vt tradit Primasius & Victorinus Pictauiensis in commentarijs
super Apocalypsim. Est autem ea insula vna ex iis, quae sunt in mari Aegæo, quod
nunc Archipelagus appellatur, diciturque vulgo *Palmosa*: est praeterea ea insula
vicina Rhodo, Sporadum vna, et auctor est Plinius libr. 4. cap. 12. in ea parte
Aegæi maris, quae à Icaro nomen accepit, videntur Plinius, Scabòque testan-
tur quadrangularem esse figuram, quadraginta milliaria, quae decem leucas Hispa-
nas conficiunt, suo ambitu coercens, montuosa, metallorumque venis locuples,
sed nostri Ioannis exilij & Apocalypsis reuelatione multo locupletior. Nobili-
tatur etiam pulcherrimo canobio eiusdem Ioannis nomine, quod in media fe-
rè insula tanquam arx fortissima ad insulam defensionem eminet, à Ioannis disci-
pulis vt creditur, olim aedificatum, modoque à monachis, qui Diui Basilij regu-
lam sequuntur, habitari dicitur, quos Graeci *καλοὶ ποῦτας*, quasi bonos, pulchros-
que senes appellant, non sine magno quodam miraculo, Diui scilicet Ioannis
beneficio, à piratarum, qui toto eo mari frequentes, infestique grassantur, in-
curtionibus & iniurijs semper immune. Fuit olim haec insula subiecta Rho-
dijs, hodie est in Turcarum ditione. Non verò statim ac relegatus est in Path-
mon Apocalypsim conscripsit, sed ad finem imperij Domitiani, vt ait D. Irenaeus
libro 5. contra Hæreses.

Primum aduerte, quo tempore Ioannes ab imperatore terreno propter fidem
exilio multabatur, tunc maioribus fuisse à caelesti principe delicijs, & fauoribus
recreatum. In insula Pathmos, inquit Ambrosius Ansbertus, à Domitiano relegatus,
metalloque damnatus, vbi puerabatur humana vinciri custodia, ibi metas humanitatis
transcendens, libero contuitu meruit videre diuina, & cui tunc certa terrarum spatia
verita sunt adire, secreta concessa sunt caelestia penetrare. Sic Christi fides, sic sibi etiam
beneuens temporalibus malis, bonis perfruitur sempiternis. Illud est praecipue obser-
uandum, in insula fuisse Ioanni Apocalypsis huius mysteria reuelata, quia solitu-
do & loca ab hominum consuetudine seiuncta, contemplationi sunt aptiora, iux-
ta illud Osee. 2. *Ece ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad*
cor eius: vbi lactabo, idem est quod, decipiam, vt est perspicuum ex Prouerbiorum
1. cum dicitur: si relactauerint peccatores, id est, decipere tentauerint, ne acquiescas eis.
Et cap. 16. *Vr iniquus lactat amicum suum.* Et Iob. 31. *si vidi solem cum fulgeret, &*
Lunam incedentem clarè, & lactatum est in abscondito cor meum pro quo legit vul-
gatus, *lactatum* & est sensus, si deceptum est cor meum, vt illis Diuinitatè tribue-
rem. Locus igitur Osee hunc sensum habet, *Ego lactabo eam*, id est, blandimentis
alliciam, & qua deceptam, & ita lactatam, blanditissimè, delinitam ducam in solitu-
dinem, hoc est, in locum ab hominum consuetudine, & perturbatione seiunctum.
Et loquar ad cor eius, id est, blandè tractabo, ei; arcana mea ipsi grata placencia que
aperiam. Hoc ipsum significauit campus ille, in quem egressus fuit Isaac ad se exercen-
dum. Genes. 24. quemadmodum interpretatur Philo Iudæus libro secundo alle-
goriarum sacrae legis: vbi nostra vulgata habet, *Egressus fuerat ad meditandum in agro,*

Festinare.
pro confundere.

Primasius.
Victor. Pict.
Locus visio-
num & exi-
lii Ioannis.
Plinius.
Strabo.
Insula Path-
mos figura
& longitudo

Irenaeus.

II.

Cum Ioannes
afflictor à
Domitiano,
hic à Christo
recreatur.
Amb. Ans-
bertus.
Solitudo
apta contem-
plationi.
Osee. 2. 24.
Prou. 1. 10.

16. 29.

Iob. 31. 26.
Lactare pro
decipere.

Genes. 24.
Philo.

Græcè legimus, ἀδδελύγῳ, id est: exerceri, Hebraicè, Lafua ch: significat autem, Suah, propriè submissa voce loqui, & labiis tenus obloqui instar orantis, ita vertit Paraphrasis Chaldaica, Egressus est Isaac ad orandum in agro, quia videlicet ager locus est liber seu unctusque ab hominum commercio, atque adeo contemplationi accommodatus. Idcirco ferè omnes insigniores visiones in montibus, aut solitudine acciderunt. Sic enim Moyses cum oves Iethro socii sui pasceret, minaretque gregem ad interiora deserti, vidit visionem illam magnam rubi, qui ardebat, & non consummebatur. Exod. 3. Iacob in campo scalam stantem super terram, cuius cacumen cælum tangebatur, Angelosque ascendentes per eam, & descendentes, Dominumque innixum scalæ conspexit. Genes. 28. Sic Helias in monte ad ostium speluncæ Dominus apparuit. 3. Reg. 19. Ibique sibilo auræ tenuis fuit mirum in modum receptus, quod expendens Eucherius lib. 4. in libros Regum cap. 8. docet, tunc nos sibilum auræ tenuis percipere, cum saporem incircumscriptæ veritatis contemplatione subtiliter degustamus. Et de autem subditur: Quod cum audisset Helias operuit vultum suum pallio, & egressus stetit in ostio speluncæ. In spelunca, inquit, sua ostio stat, & faciem velat, quia dum contemplationis gratia vox superna intelligentia fit in mente, totus homo iam intra speluncam non est, quia animum carnis cura non possidet, & mortalitatis angustias exire creditatur, necesse est autem, ut faciem vellet, quia dum ad altiora intelligentia ducitur, quanto sublimius levatur, tanto magis per humilitatem se debet premere, Denique Christus Dominus in monte transfigurare se voluit. Matth. 17.

Insigniores
visiones, in
montibus.
Exod. 3.

Genes. 28.
3. Reg. 19.
Eucher.

Contempla-
tionis vi-
efficitur.

III.

Hæc nimirum causa est cur antiqui Patres miris laudibus vitam eremiticam in cælum usque extollebant: in quibus D. Basilius in opusculo de laudibus vitæ solitariae; illustrissima de vita solitaria, in eandem sententiam, quam persequimur, encomia commemorat, vnde hæc seletiora delibavit: Solitaria vitæ celestis doctrina schola est, dinarum artium disciplina, paradisi deliciarum, ubi rose charitatis igneo rubore flammescunt, lilia castitatis niveo albent candore, & humilitatis viola, dum imis contenta sunt, nullis statibus impelluntur: est sanctarum mentium delectatio, & intimi gustus inexhausta dulcedo, fornax ubi superni regis vasa formantur, & ad perpetuum nitorem malleo penitentia percussa, perueniunt: o cella negotiatoris celestium apotheca, felix commercium ubi terrenis caelestia, transitorijs mutantur æterna, spiritualis exercitij mirabilis officina, sacræ militiæ tabernaculum, procinctus triumphatoris exercitus, castrum Dei, turris David, quæ adificata est cum propugnaculis, mille chypei pendentes ex ea, omnis armatura sortium. Tu campus divini prælij, spiritualis arx certaminis, Angelorum spectaculum, palestra fortiter dimicantium luctatorum, virens vallis in expeditione currentium, munisio sortium, presidium nescientium cedere bellatorum: o cretus mors virtutum, fomes & vita virtutum: tibi Moyses dedit bis accepta legum decalogum: per te Helias novit Domini pertranscuntis excursus: per te Heliseus duplicem magistrum sortitus est spiritum: tu scala illa Iacob quæ homines vehit ad cælum, & Angelos ad humanum deponit auxilium: tu nuptialis thalamus, in quo sancti spiritus annulustribuitur, & celestis sponsio felix anima federatur. Te David vitæ, cum mundi mala perferret, cum timidi & tenebrosi cordis tadium sustineret. Ecce, inquit, elongavi fugiens, & mansi in solitudine, & quid amplius memoremur? Quandoquidem ipse saluator omnium, in exordio sue manifestationis inuisere, ac propria te dignatus est habitatione consecrare. Hæc & alia loco citato Basilius. Legendus est quoque D. Hieronymus ad Heliiodorum de laude vitæ solitariae, ubi præter alia, sic exclamat: O desertum Christi floribus vernans, o solitudo in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi civitas magni Regis extruitur, o cretus familiaris Deo gaudens, quid agis frater in saculo, qui maior es mundo?

Vitæ eremi-
tice enco-
mia.

Ex D. Basili.

Psal. 54.

Fui in spiritu Dominica die.

SECTIO. XXII.

FUI in spiritu Ioannes, hoc est, altissimam quandam passus est ecstasim, non quod animus à corpore re ipsa discesserit, id quod phrasis Græca clarum sonat ἐκ τῶν ὀστέων ἐκ πνεύματι, factus sum in spiritu. Primum advertendum est, diem Dominicam triplici nomine dictam fuisse, videlicet *xxv. i. xxii.*, id est Dominicam, quo nomine vitur hoc loco Ioannes, diē panis, & diem lucis: cuius triplicis appellationis rationem affert D. Chrylostom. homil. 5. de resurrectione ad finem tomitertij. *Dominicus*, inquit, dies dicitur, hoc est, dies regalis, in quo imperator ascendit ab inferis, de quo illud intelligitur Psalm. 117. *Hæc Dies quam fecit Dominus. Dies panis*, quia in eo novimus panem resurrectionis celestis. *De nocte dies lucis*, in quo fugerunt mentis tenebræ; iuxta illud *Esaiæ* cap. 9. *Populus qui erat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione Umbrae mortis, lux orta est eis.*

Secundò. Observanda est ex hoc loco dici Dominicæ antiquitas, cuius etiam meminit. D. Ignatius epistola ad Magnesianos, ubi eam reginam, & principem omnium dierum appellat, Origenes contra Celsum, Tertullianus lib. de corona militis, & in 2. lib. ad Ulpianum, & Apologético cap. 16. Gaudentius in sermonibus, D. Hieron. aduersus Vigilantiū. Iustin. in questionibus à Christianis positis. q. 115. D. Basil. lib. de Spiritu sancto cap. 27. & D. Aug. epist. 119. ad Ianuarium cap. 15.

Tertiò. Plurimæ sunt dici Dominicæ prærogatiuæ, de quibus agunt Origenes, homilia 7. super Exodum, D. Athanasius super illud, *omnia mihi tradita sunt à Patre meo*, D. Hilarius in præmio super Psalmos, D. Basilus homilia 2. in Hexameron ad finem. D. Hieronymus in cap. 4. epist. ad Galat. D. Augustinus sermone 251. de tempore. D. Leo epist. 81. ad Dioscorum Episcopum Alexandrinum cap. 1. & Sexta Synodus tomo 2. Conciliorū Canone 8. est de ea etiam Canō vigesimus magni Concilij Nicæni. Desumuntur verò prærogatiuæ ex rebus memorabilibus quæ eo die euenerunt, aut etiā adhuc euenturæ sunt. Primum enim, mundus in die Dominica sumpsit exordiū, ut testatur D. Leo loco citato, & D. Basil. homilia 2. in Hexameron, super illud *Genes. 1. Factum est vespere, & mane dies unus*. Fuisse autem eum diē quo lux creata est diē solis, postea Dominicum appellatum, perspicuum est ex eo, quod septimus, ab eo dies quo Deus, requieuisse dicitur fuit dies Sabbathi, ut ex *Exod. 20. & 31.* facile concluditur, ubi iubentur Hebræi diem Sabbathi obseruare, quod eo die Deus ab opere creationis requieuisset. Secundò. Eodem die Hebræi liccis pedibus mare rubrum transierunt. Ita Synodus Cæsariensis apud Bedam in Epistola de celebratione Paschæ. Tertiò. Die Dominica primū Māna pluit in deserto. *Exod. 16.* quemadmodum docet Origenes, & D. August. locis citatis. Id quod probat Origenes ex 16. cap. *Exod.* Vbi dicitur, sex diebus cōtinuis collectum esse Manna, septima autem diē, quæ est Sabbathi cessatum fuisse. *Quare*, inquit, *si die Dominica pluit Manna de celo, & in Sabbatho non pluit, intelligant Iudæi iam tunc prælatam fuisse Dominicam nostram Iudaico Sabbatho, & indicatum quod in Sabbatho ipsorum gratia à Deo adeos de celo descenderit.* Quarto. Initio dici Dominicæ creditur Christus Dominus fuisse natus, ut habet sexta Synodus Canone 8. Quinto. Eodem die stella Magis apparuit, quemadmodum docet eadē Synodus. Sexto. Baptizatus est Christus in Iordane, eadē Synodo testante. Septimo. Quinque panibus & duobus piscibus quinque hominum milia satiauit in deserto, ex eiuſdem Synodi auctoritate. Octauo, resurrexit à mortuis ut eodē die, quo creauerat mundum renouaret, quemadmodum expendit D. Athanasius loco citato.

Dies Dominica triplici nomine dicta ex Chryf. Psal. 117. 14.

Esaiæ. 9. 2.

II.
D. Ignat.
Origenes.
Tertull.
Gaudent.
D. Hieron.
Iustin.
D. Basil.
D. August.
Origen.
D. Athan.
D. Hilar.
D. Basil.
D. Hieron.
D. August.
D. Leo.
Sext. Syn.
Conc.
Nicæn.
D. Leo.
D. Basil.
Genes. 1. 5.
Dicitur mi-
nicæ præro-
gatiuæ.
Exod. 20. 31.
Syn. Cæsar.
Manna quo
die primū
pluit in
deserto.
Exod. 16.
D. Aug.
Origenes.
Dies Domi-
nica Sabba-
tho Iudaico
preferenda
quando &
quomodo
ostentum.
Sexta syn.
D. Athan.

VIE. CAS
IN
APOLLONIA
CIVITATE

Ioan. 5. 36.
Septima die
cur ab omni
opere requie-
uerit Deus.

In passione
cur Sol obscu-
ratus.

Zach. 6. 12.

Quo die fu-
tura resurre-
ctio generalis
ex August.
D. Hilarius.

Non aliam, inquit, creaturam superaddit, sed veterem renouauit, & quam incepit facere, consummauit, iuxta illud Ioann. 5. Opera quae dedi mihi Pater, ut perficiam ea: Qui enim ab omnibus requisierit, significat quadam sine & consummatione indigere, ideoque cum creaturam intra sex dies conditam interpolasset, diem illam, huic instaurationi consecratam voluit, quam spiritus per Regium vatem pronunciat. Hac est dies quae fecit Dominus: Solis enim instar Deus exortitur illustrans vniuersumque animum: quocirca in saluifera passione non apparuit Sol, indicans finem prioris creaturae adesse, & principium alterius superuenire, quae diluculum suum in saluatore consecuta est. Unde Zacharia 6. dicitur, Ecce vir Oriens nomen eius. Nonò. Octauo die post resurrectionem, hoc est Dominico, ianuis clausis ingressus est ad discipulos Dominus, eisque potestatem remittendi peccata concessit. Decimò. Mandauit Apostolis, ut Euangelium toto orbe praedicarent, &

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITVS, SANCTI sacramentum baptismi conferrent. Undecimò. Spiritus sanctus super discipulos descendit in die Pentecostes. Duodecimò. Dominica die futura creditur generalis hominum resurrectio, ut ait D. Augustinus sermone 291. de tempore, & D. Hilarius proemio in Psalmos, vbi inquit, propter Psalmum octauum inscriptionem habere, Pro torcularibus, vasculis videlicet in nouos fructus preparatis, & ad feruentis mustiliquorem continendum innotatis, per quae vascula corpora nostra intelliguntur per resurrectionem ad gloriam recipiendam reformata. Decimotertio & postremo Die Dominica habuit Ioannes admirandas eas visiones, quae hoc opere continentur. Legendae est epistola Bedae de celebratione Paschae, seu de aequinoctio verno, vbi de creta quadam Synodi Caesariensis in Palestina, & sex sanctificationes Diei dominicae memorantur.

III
D. August.
Syn. Agath.
Conc. Matif.
Sexta Syno.
Iust. Philos.

Quarto, de huius diei cultu agit D. Augustinus sermone citato, vbi eiusmodi obseruationem docet fuisse ab Apostolis institutam eoque die missam esse audiendam. Idemque docet Synodus Agathensis Canone 47. Consilium Matifconense 2. & sexta Synodus Canone 8. Imo eius celebritate Apostolos à Christo accepisse, scribit Iustinus Philosophus & martyr in 2. Apologia pro Christianis

Audiui post me Vocem magnam tanquam tubae.

SECTIO XXIII.

AGGREDITUR iam Ioannes ipsam visionem, sicut autem in spiritu fuit, ut ante diximus, ita spiritualiter quoque hanc vocem audiuit, non quod vox aliqua corporalis eius auribus insonuerit: Itaque ait magnam se vocem quasi tubae à tergo audiuisse: quo autem mysterio id factum sit, patebit ex sequentibus.

Rupertus.
Cur post se
Et non ante
vocem audi-
uerit Ioan.
Rich. de San-
cto Viti.

Primum, illud mysterio non vacat, quod non ante, sed post se, vocem audierit. Rupertus eam affert rationem. Post Ioannem, inquit, erat totus mundus, & quicquid corporeis oculis cernitur, imò & tota praesentis Ecclesiae status, retrò hac erant, quia ipse ad anteriora extendebatur, cum ad caelestia sursum raperetur. Igitur post se, vocem audiuit, quia quodammodo reuocatur ad res Ecclesiae componendas. Eandem rationem paulo aliter, sed luculentius proponit Richardus de sancto Vitiore:

Non semper
contempla-
tioni, inter-
dum p. exci-
torum saluti
vacandum.

In exilium, inquit, relegatus Ioannes à strepitu mundi remotus, & quieti deditus, omnem pastoralem sollicitudinem, cunctaque visibilia post se longè reliquerat, solisque supernis & inuisibilibus intendebat, quare dum ad subditorum eruditionem redueitur, & de his quae scribenda erant, per sensibilibus similitudines edoceat, quasi de anterioribus ad posteriora reuocatur. Itaque à contemplatione ad actionem reducitur Ioannes ut eo exemplo discamus, non semper contemplationi vacandum, sed actioni interdum, & saluti

& saluti proximorum, insistentium. Id quod ipse Dominus suo exemplo nos docuit, qui ut refertur Luc. 6. Descendens de monte docuit, sanavitque turbas in ca-
 pitibus, & Moyes interdum cum Deo in excelsis loquitur, interdum cum populo agit in tabernaculis. Exod. 18. 19. 25. & 31. Sic etiam Petrus intermissis pastoralis
 providentia negotio speculam considerationis ascenderat, cum ei dicitur, *Occide,*
 & manduca. Act. 10. Vna est & eadem scala, qua Iacob ascendentes Angelos videt, &
 descendentes, per contemplationem enim ad seculae culmen ascendimus, in quo
 Deus cernitur; per actionem vero ad imas descendimus, ut proximis opitemur:
 ipse etiam Iacob, quemadmodum observavit Hildebertus Episcopus Epist. 37. &
 refertur in Appendice Bibliothecae Sanctorum Patrum, dum comitantibus re-
 greditur vxoribus Rachele, & Lia, utramque vitam figurantibus, Angelum videt,
 Angelum apprehendit, & factus est in luctamine superior. Genes. 32. In hanc sen-
 tentiam D. Gregorius homilia 3. in Ezechiellem interpretatur illud capitis primi,
Et manus hominis sub pedibus eorum. Hæc est, inquit, virtus operis sub volatibus contemplationis.

Luc. 6.
 Exod. 18.
 19. 25. & 31.
 Act. 10. 7.
 Hildebert.
 Genes. 32.
 D. Greg.
 II.
 D. Bernard.

Hoc ipsum eleganter docet D. Bernardus sermone 41. in Cantica, expendens
 quomodo sponsa querentem Indica mihi quem diligis anima mea, ubi pascas, ubi cubes in
 meridie: responsum est, *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Aliud, in-*
quit, cupit sponsa, & aliud accipit, & nitenti ad contemplationis quietem labor predicationis
imponitur, & sitienti sponsa presentiam filiorum, sponsa parandorum, alendorumq; sollicitudo in-
ungitur, aliam enim vice, cum sponsa amplexatur, & oscula suspiraret, responsum est, quia meliora
sunt verba tua vino.

Murenulae
 aureae cur
 date Sponse
 ex Bernard.
 D. Bernard.

(Hæc enim verba ad sponsam, non ad sponsum refert Bernardus) *Et ex hoc se in-*
telligeret matrem, atque ad dandum lac parvulis nutriendisque filios reuocari, recte igitur in-
quiret, ubi nam meridianis horis dilectus pascas, & cubet, murenulas pro eo reportat aureas, ver-
miculatas argento, id est, sapientiam cum eloquentia, haud dubiam, quin ad predicationis opus
ex quo sane docemus intermittenda plerumque esse dulcia oscula propter latentia verba. Hæc
 Bernardus. Qui etiam legendus est sermone 46. in Cantica super illa verba, *lectu-*
lus noster floridus. Forte, inquit, appetis, & ipse contemplationis quietem, & bene facis, tan-
tum ne obliuiscaris flores, quibus lectulum sponsa legis aspersum, & curatuum similiter circum-
dare bonorum floribus operum & virtutum exercitio tanquam flore, fructum sanctum, otium
præuenire. Vbi vides Bernardum actionem appellare florem, ex quo fructuosa
 contemplatio tanquam fructus debeat pullulare.

Ex flore a-
 ctionis pullu-
 lat fructus
 contempla-
 tionis.

Secundò notandum est, hanc vocem appellari magnam tanquam tuba, magnam qui-
 dem tum ad excitandam attentionem, faciendamque audientiam, tum etiam quia
 ut ait Rupertus, *Veritas fidei non amat angulos, sed toti mundo loqui desiderat: tuba autem*
 multis de causis. Prima est Hugonis Card. quia, inquit, *sicut tuba signum datur ad pra-*
 lium, sic vox ista innotat ad sustinenda tribulationum certamina: Quam ob causam fideles
 tanquam milites armantur in sacris literis. Audi Apollolum ad Ephes. 6. *Non est nobis*
 colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi
 rectores tenebrarum hæc, & spiritalia nequitia in caelestibus. Pro mundi rectores, Græcè
 est *νοστροπατορες*, diætio vna composita quæ Tertullianus lib. 5. contra Marcio-
 nem vocat, mundi tenentes: Tunc sequitur, *Propterea accipite armaturam Dei, stare sue-*
cintili lumbos vestros in veritate, & induti lorica iustitie, calcatei pedes in præparatione Evan-
gelij pacis, in omnibus sumentes sensu fidei, in quo positis omnia tela nequissimi ignea extingue-
re: & galeam salutis assumere, & gladium spiritus quod est verbum Dei. Pro armaturam, est Græ-
cè πλοῦς, quod nomē omne genus armorum significat: vnde D. Ambrosius le-
 git, *universitatem armorum* Vnde Iob. cap. 7. *Militia, inquit, est vita hominis super certam, &*
 cap. 14. *defec tanquam de milite loquitur, cum ait, Cunctis diebus quibus nunc milito, &*

III.
 Rupert.
 Cur vox illa
 tanquam tuba.
 Ad Ephes. 6.
 12.
 Fideles in sa-
 cris literis
 tanquam mili-
 tes armantur
 Iob. 7. 1.
 Iob. 14. 14.

VIE. GAS
 IN
 APPENDICE
 DE
 25

2. ad Cor.
50.3.

Nam. 4. 50.

III.
Abbas Ioa-
chimus.

Tertia Tuba
typus predi-
cationis.

Esai. 58. 1.

Iosue. 6.

Origenes
Postrema.

Concionato-
ris officium.

Philip. 3. 17.

Paulus fide-
lium exem-
plar.

Ad Tit. 7.

1. Petri. 5. 3.
Prelati exem-
plum.

Ezech. 40.
43.

Reflexa mē-
surarum labia
quid.

pecto donec veniat immutatio mea. Et Paulus 2. ad Corint. 10. In carne ambulantes non secundum carnem militamus. Atque hoc ipsum Hebraei expresserunt, cum per desertum, quod huius vitæ typus fuit, more militum iter faciebant figentes castra circa tabernaculum, & signo calitis dato iterum ea mouentes suis armis, & vexillis militibus instructi. Numerorum 2. & 10.

Secunda ratio est Ioa-chimi Abbatis, quia videlicet, *tuba*, Ecclesie totius progres-sum representat: Et enim instrumentum ductile, longum, & sonorum, arcuè quidè incipiens, sed in amplitudinem desinens, intus concauum, & ad concrepandum efformatum. Sic Ecclesia arcuata fuit in principio, quoad numerum fidelium, & exculta vsque ad numerum Prophetarum. Exinde verò largior & manifestior esse cœpit, vsque ad Ioannem. Denique in Apostolis dilatata, quorū sonus in morem tubæ grandis effectus ad fines orbis terræ penetravit. Vnde factum est vt Ecclesia qua paruo angustabatur in populo, in latitudinem gentium funderetur. Tertia est eiusdem, quia tuba typus est prædicationis verbi Dei, suo enim sonum tubæ efficiunt, nimirum tuba ipsa, & flatus. & quidem per tubam, quæ visibilis est, superfluit literæ exprimitur: per flatum autem, qui est inuisibilis, & tamen per tubam emissus terribiliter sonat, spiritualis intellectus designatur, qui in gentia mala reprobus minatur, & illustissima bona electis pollicetur. Ad di potest ad hanc Ioa-chimi expositionem, per flatum intelligi spiritum sanctum, quæ in prædicatione requiritur, quam ob causam dictum est ad Esaiam cap. 58. *Clamane cesses, quasi tuba exalta vocem tuam: & propterea muri Hiericuntini dum septem sacerdotes septem buccinis clangent, circumducta Arca corruerunt.* Iosue. 6. in quo Apostolica prædicatione expressa est, quæ per spiritum sancti aflatum Hierico, id est, mundi huius mœnia, id est, superstitiosa dogmata, & Philosphorum falsam doctrinam atque idololatriam solo equauit, quemadmodum exponit Origenes homilia. 7. in libro Iosue. Quarta, & postrema ratio asserti potest, fuisse per tubam officium prædicatoris Evangelici declaratum, vt videlicet intelligat, debere se opere præstare quod prædicat. Tuba enim non solum orii imponitur, sed etiam manibus tenetur. Ita enim concionator debet Euangelium, quod in ore habet, manu, id est, operatione fulcire, quo sensu intelligendum est illud Esaiæ iam citatum: *Quasi tuba exalta vocem tuam.* Id quod Paulus, concionator vtique, perfectissimus implebat, vnde dicebat ad Philip. 3. *Imitatores mei, estote fratres, & obseruare eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram:* pro quo habetur, Græcè τὸ πορὴμας vt ita legamus sicut habetis typum & exemplar vos, ita que Paulus typum & exemplar se appellat Philippensium: quippe qui quod prædicabat, sic opere præstabat, vt pro typo & exemplari à fidelibus haberi posset: quod idem commendat Tito cap. 2. cum ait. *In omnibuste ipsum præbe exemplum,* Græcè τὸ πορ, id est, formam, & exemplar: id ipsum ab omnibus prælati obseruari cupit Petrus 1. sua Epist. cap. 5. cum ait: *Neque dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animis.* Græcè τὸ πρὸς τὸν ἄρδωπος, id est, facti typi, & exemplaria cæterorum: eleganter in eundem sensum D. Gregorius homil. 21. in Ezech. interpretatur mensas illas, quarum fit mentio Ezechielis 40. quæ mensæ dicuntur habuisse labia reflexa intrinsecus: *Et labia earum palmi vnus, reflexa intrinsecus per circuitum.* Super mensas autem carnes oblationis. Tunc, inquit, mensarum labia intrinsecus reflexarum labia dicuntur, quando doctores ad conscientiam renouant tacita cogitatione quod aliter, quando semetipsos subtiliter perferuntur, si faciunt quod loquuntur: rectè autem reflexa intrinsecus mensarum labia dicuntur, additur quoque (Per circuitum) vt non in vna qualibet se parte considerent, atque ex alia semetipsos perpendere permittant, sed vbique semetipsos inspiciant, & in quantum praevalent studeant, singula opere implere, quæ docent. O doctor, ecce iam mensa es,

iam vasa portas, id est in vasis fidelibus p[ro]dus holocausti & victima sustinet, sed intus refect a labiis, id est ad cor revocatur sermonem, audi quod dicitur, operare quod predicat. Hæc Gregorius.

COMMENTARIUM SECUNDUM EXEGETICUM.

DE PRIMA VISIONE IOANNIS.

Visio Ioanni facta hoc primo capite describitur.

SECTIO PRIMA.

NECIPIT Ioannes divinas visiones sibi ostensas (quæ sanè fuere præ-
termodum admirabiles) commemorare, quarum prima hoc primo
capite inchoatur, fuitque huiusmodi.

Primum, vidit septem candelabra aurea, quæ non constat cuius figu-
ra fuerint: crediderim fuisse non solum maxima, sed etiam pulcherrima, atque
excellenti opere, artificioque celata, singula singulosingeres cereos accensos in
summitate præferentia. Secundò vidit in medio eorù, similem filio hominis vestitum
pedere, id est, lineam tunicam talari, quam propterea Septuaginta semper *ἴσθη*, id
est, ad pedes vsque demissa appellat. Eratque vnù ex Sacerdotalibus indumentis.
Pro illustriori tamen huius rei cognitione, sciendum ex Iosepho libro. 3. An-
tiquit. cap. 8. & Diuo Hieronymo in epist. ad Fabiolam de veste sacerdotali, du-
plicem fuisse tunicam sacerdotalem apud Hebræos, vnâ communem omnibus
sacerdotibus: alteram propriam Pontificis. Tunica communis sacerdotum erat
linea ex bysso, dicebaturque Hebraicè *תורת* hoc est, linea, linum enim Chethon
Hebraicè nominatur: hæc adharebat corpori, tamque arcta erat, strictisque ma-
nicis, vt nulla omnino in veste esset ruga, tam longa vt vsque ad pedes descende-
ret, vnde & *ἴσθη* dicebatur. Aiunt Hebræi quos nonnulli ex nostris sequun-
tur, hanc tunicam totam fuisse varijs oculorum ordinibus, & figuris continuata,
serie distinctam, instar scutulatarum vestium apud Romanos: idque probant ex
eo quod Exod. 28. cum dicitur, *stringesque tunicam bysso, prostringes*, est Hebraicè
תורת quod ipsi transferunt, *Oculabis*, vt sit sensus, *Oculabis*, id est tunicam bysso:
etenim id verbum non solum stringere, sed etiam oculare significat: de cuius
sententiæ probabilitate non est hic disputandi locus. Tunica propria Pontificum
erat Hyacinthina, quæ Hebraicè dicebatur, *הינד* quam etiam Iosephus tala-
rem appellat, eademque à Septuaginta interpretibus Exod. 28. *ἴσθη* quoque
dicitur: sed non puto tam longam dimissamque fuisse, sicut erat prior tunica
byssina, quæ *poderis* nomen sibi propriè vendicat, diciturque in sacris lite-
ris, tunica superhumeralis, quia ipsi superhumerali immediatè superponeba-
tur. Erat tota hyacinthina, eiusque ex limbo pendebant per circuitum tintin-
nabula aurea, & mala punica ex hyacintho, & purpura, & coccobis tincto,
eo ordine, vt inter duo quælibet tintinnabula esset vnum malum punicum, &
inter duo mala punica vnum tintinnabulum. Docet autem Diuus Hieronymus
loco citato, fuisse septuaginta duo tintinnabula, & totidem mala punica,
cui potius fides habenda est quam Clementi Alexandrino, qui quinto libro

VIE. GAS
I
VOCALIS
UT
ZE

Quot ex ea
tintinnabula
penderent.

Qua tunica
indueretur
ille similis
filio hominis

Iosephus.
Duplex Sa-
cerdotum zona
discrebitur.

D. Hieron.
Iosephus.

Qua Zona
præcinetur
ille similis
filio hominis.

Stromatum trecenta sexaginta sex tintinnabula, totidemque mala punicæ, iuxta numerum dierum, quibus annus constat, fuisse existimavit. Cum igitur hoc loco ait Ioannes illum *similem filio hominis*, qui sibi apparuit, fuisse veltitum podæ hoc est talari tunicula, licet de utraque, & byssina scilicet & hyacinthina intelligi posset, siquidem utraque poderis dicebatur ut diximus: magis tamen crediderim id de priori tunica byssina communi omnium sacerdotum esse accipiendum, eò quod illa est, quæ propriè poderis sibi appellationem vendicabat, præterquam quod hæc est communis interpretum in hunc locum existimatio: itaque hic *similis filio hominis*, podere indutus, hoc est Angelus Christum representans, ut præterea suo loco dicemus, illum non ut præcisè Pontificem, sed ut sacerdotem absolute referebat, cui non obstat, quod in scribendis ad septem Episcopos literis, Pontificium munus exercet, siquidem tunica byssina non solum ad sacerdotes, sed etiam ad Pontifices pertinebat, quippe qui supra tunicam byssinam, hyacinthina quoque induebantur: quamvis non multum repugnet, si quis illum *similem filio hominis*, malit tunica hyacinthina indutum apparuisse, ut summum scilicet Pontificem omnibus Episcopis præsentem, atque ad illos Pontificio iure, & autoritate scribentem, repræsentet.

III. Tertio: Erat hic *similis filio hominis præcinetur ad mammillas zona aurea*. Aduerte sicut duplex erat tunica, ita duplicè quoque fuisse zonam, quæ altringi solebat. Et quidem tunica linea, ut ait Iosephus, accingebatur circa pectus paulo axillis inferius zona lata digitos quatuor, intus inani, ita contexta, ut serpentis axiuum videri posset, floribus etiam picturata puniceis, purpureis, hyacinthinis, & byssinis, stamen verò è sola byssino constabat, quæ semel atque iterum circa pectus reuoluta ad talos usque defluebat tantisper dum sacerdotes à sacris feriabantur, idque ad ornatum cõferre videbatur, cum verò sacris præministrandum, ne ventilata impedimèto esset, super humerum lauum retorquebatur: dicebatur hæc zona Hebraicè *צַנְנָה* Babylonij Hemeianin vocabant, Nos *cingulæ vel balthem*, inquit Hieronymus, possumus appellare. Tunicam verò hyacinthinam altringebat zona alia coloribus, ut inquit Iosephus, supra dictæ zonæ similis, hoc est ex filis byssinis, purpurcis, coccineis, atque hyacinthinis contexta: nisi quod aureis quoque filis erat intertexta, nec verò huiusmodi zona soli tunicæ hyacinthinæ stringendæ seruebat, sed super humerale & rationale cum eadem tunica colligabat. Cum igitur Ioannes ait hunc *similem filio hominis* fuisse præcinctum ad mammillas zona aurea, nec priorem nec posteriorem zonam intelligit, siquidem neutra earum erat aurea, sed aliam utique nobiliorem, at præstantiorem, quæ tamen cum zona hyacinthina quam ex Iosepho diximus auro intertextam fuisse, hæc ex parte conueniret, ut hinc aliquis non ineptè argumentari possit, tunica quæ idem *similis filio hominis* indutus apparuit, non byssinam fuisse, sed hyacinthinam, cum zona auro contexta, non ad byssinam tunicam, sed ad hyacinthinam pertineret: verum cum nostra hæc zona tota aurea fuerit, atque adeo ad n. sutram tunicam propriè spectaret, non indè necessariò conficitur, talarem vestem, quæ hic *similis filio hominis* erat indutus, hyacinthinam fuisse tunicam: quin illud potius colligendum, ea zona aurea significari sacerdotem illum siue pontificem cuius ille *similis filio hominis* personam iustinebat, sacerdotibus pontificibusque legalibus longè antecellere. Itaque non communi sacerdotum, aut pontificum zona, sed nobiliori & præstantiori altringi debuisse, quod magis intelliges, cum huius aureæ zonæ mytheria explicabimus.

III. Quarto. *Caput eius et capille erant candidi tanquam lana alba, et tanquam nix, id est, miri candoris, non quod dumtaxat candorem lanæ, & niuis æquarent, sed quia*

quia aliz similitudines non reperiuntur aptiores ad amplificandum eximij alieius candoris magnitudinem, quæ etiam fuit causa cur Matthæus capite 17. *Matth. 17.* agens de Transfiguratione Domini dixerit vestimenta eius facta fuisse alba instar niuis: cum certum sit illum vestimentorum Christi candorem, magno intervallo omnem niuis candorem superasse. Quinto. *Oculi eius erant tanquam flamma ignis,* id est, ardentissimi, & instar flammæ micantes, & scintillantes. Sexto. *Pedes eius similes erant aurichalco,* Græcè habetur similes, *Chalcolibano* ὁμοιοι χαλκολιβατω est autem aurichalcum, seu rectius orichalum metalli genus auro simile, dictum Græcè & Latinè, Orichalcum, eo quod nascitur in montibus: ὄρος enim Græcè montem significat: qua de re legendus est Plinius lib. 34. cap. 2. Chalcolibanon *Plinius.* verò, ut vult Suidas, est electri genus auro pretiosius, quâquam si ad etymon spectemus, sit aliquid ex ære & thure compositum. *ἄλλος* enim Græcè *as, λιβάτος* autem, thus significat. Septimo. *Pedes eius erant sicut in camino ignis ardenti,* seu ut habetur Græcè ὡς ἐν πυρὶ πεπερασμένοι id est, tanquam in camino igniti, ut ignitum ad pedes, non ad caminum referatur. Octavo. *Vox eius erat, tanquam vox aquarum multarum,* id est, maximè sonora, & multiplex. Nono. *Habebat in dextera sua septem stellas,* vel depictas scilicet, vel inclusas. Decimo. *De ore eius exibat gladius utraque parte acutus,* Græcè ῥομφαία διπλοὺς ὀξεία, hoc est gladius anceps, seu ad verbum duplicis oris acutus. Undecimo. *Facies eius erat splēdidissima sicut solium lueet in virtute sua,* id est, cum fulgentissimus est in meridio. Postremo Ioannes tanta visione perterritus, ad pedes eius tanquam mortuus non tam accidit, quàm cecidit, ille autem ponens dexteram suam super eum dixit, *μὴ φοβῆσθαι* Ne time: seu, *Noli timere, Ego sum primus & novissimus, & vivus, & fui mortuus, & ecce sum vivens in secula seculorum, & habeo claves mortis, & inferni,* Præcepitque ei, ut omnia que viderat literis mandaret. *scribe, inquit, que vidisti, & que sunt, & que oportet fieri post hæc: sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea: septem stella, Angeli sunt septem Ecclesiarum, & candelabra septem, septem Ecclesie sunt.* Verbum *γράψον,* hoc est *scribe,* referendum quoque est ad sacramentum septem stellarum, & ad candelabra, ut sit sensus, *scribe que vidisti, & que modò in Ecclesijs geruntur, & que postea euentura sunt, scribe quoque sacramentum, seu ut Græcè habetur μυστήριον septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, scribe etiam septem candelabra aurea.* Nam quod ita locus sit dispungendus, perspicuum est ex eo quod Græcè candelabra sunt in accusandi casu, & quod est consequens, *sacramentum septem stellarum, eodem quoque casu accipere oportet.* Sic enim Græcè legimus *γράφον ἀ εἰδώς, & ἀ εἰσὶ, & μελλει γενέσθαι μετὰ ταῦτα, τὸ μυστήριον τῶν ἐπὶ τὰ ἀστέρα ὡς εἶδες ὅτι τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, & τὰς ἐπὶ τὰ λυχνίας τὰς ἑπτάς.* Sed iam ad mysterium visionis explanandum accedamus.

Explicatur visio in sensu literalī, & primùm quid septem candelabra aurea significant.

SECTIO II.

SEPTEM candelabra aurea, sunt septem Ecclesie, ad quas scribit Ioannes nomine omnium orbis Ecclesiarum, ut supra diximus, de qua expositione dubitare non licet, cum ille idem *similis filio hominū* qui Ioanni apparuit, sic mysterium explicauerit, *Candelabra, id quæ, septem Ecclesie sunt:* Licet verò septem Ecclesie Aliz minoris, quæ superius nominatæ sunt, hoc loco subaudienda sint, tamen earum nomine vniuersas orbis Ecclesias oportet accipere, ut ibidem do-

cuius tum quod numerus septenarius vniuersitatem significat, tum ob septiformem Spiritus sancti gratiam, ex qua vniuersa Ecclesie pulchritudo efflorescit: quam eandem ob causam per septem candelabra exprimitur, propter septiformem spiritualium donorum splendorem, quo ab Spiritu sancto collustratur. Itaque iure septiformis Ecclesia per septem candelabra designatur, quae etiam per illud candelabrum aureum septem calamorum adumbrata est, de quo agitur Exodi 25. & 37. & illud vidit Zachar. cap. 4. & illud de quo loquitur Christus Matth. 5. *Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed super candelabrum, & qui ingrediuntur lumen videant.* Prima ratio cur Ecclesia comparetur candelabro, est, quia est visibilis, & excellenti quodam splendore conspicua, atque manifesta, iuxta illud Psalmi 18. *In sole posuit tabernaculum suum.* Quem locum de Ecclesia intelligit D. Augustinus tract. 2. in Epistolam Ioannis. *In manifesto, inquit, posuit Ecclesiam suam, ut sicut sol non possit omnino latere: unde & Civitas supra montem posita appellatur.* Secunda ratio est. Quia instar candelabri lucem mundo praefert, quod lumen est ipse Christus, Ecclesiae candelabro impositum, iuxta illud

Ecclesia cur septiformis. Candelabro comparetur.
Exod. 25. & 37.
Zachar. 4.
Matth. 5. 16.
1. Ratio.
Psalm. 18. 5.
D. August. Secunda.

Christus Ecclesia lumen.
Ioan. 8. 12.
Ioan. 1. 9. 1.
Malach. 4. 2.
Origenes.
Item fons solis.

Luc. 2. 31. Tertia.
Richard.

Rich. de S. Vict.

Exod. 25. & 37. D. Greg.

1. Petr. 1. 7.

Plinius.

Auro comparatur charitas.

2. ad Cor. 2. 2.

Ioannis 8. *Ego sum lux mundi.* Et Ioan. 1. *Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,* & Malach. 4. *Timentibus nomen meum, orietur sol iustitiae:* Ex quo fit ut mirum sit, & plane diuinum Ecclesiae candelabrum, quippe quod pro lumine solem ipsum in luminitate praeferat, imo & fontem solis, de quo agitur in libro Iosue: quem admodum expendit Origenes Homilia 19. in librum Iosue, ubi fit metio fontis Solis. Quem Solis fontem, Christum ipse interpretatur. Quis porro miretur solem oriri ex fonte: sed is nimirum est Christi splendor ut ex eo lux omnis spiritualis, tanquam ex fonte orta ad omnem mundi plagam illuminandam deriuetur, quod illis verbis praedixit Simeon Luc. 2. *Quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad Reuelationem gentium.* Tertia ratio est Richardi de Sancto Victore. *Quia sicut, inquit, magna candelabra tribus fere pedibus sustententur, ita Ecclesia in sacrosancta Triade fide per charitatem operante fundata erectaque consistit.*

Porro Ecclesiae non solum candelabra, sed aurea etiam candelabra appellatur, Primò secundum Richardum de S. Victore, quia sicut aurum per ignem probatur, malleis extenditur, & in formam candelabri productum instrumentum ignis, & luminis efficitur, ita Ecclesiae tentationibus probata, & tusionibus persecutionum extenuata, ardentis igne sapientiae caelestis & lucentis opere charitatis, quam etiam ob causam candelabrum illud de quo agitur Exodi 25. & 37. non erat fusile, sed ductile, quemadmodum obseruauit D. Greg. homilia 6. in Ezech. quia nimirum Ecclesia serèdo producit, & quotidie persecutionibus proficit, atque huc alluisse videtur Petrus 1. sua epist. c. 1. cum dixit: *Et probatio fidei vestrae multo pretiosior sit auro quod per ignem probatur.* Secundò propter charitatem quae ob excellentiam & praestantiam, auro omnium metallorum pretiosissimo comparatur, iuxta illud capitis, 3. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum.* Est autem ea auti natura auctore Plinio libro 33. historiae naturalis cap. 3. ut nihil eius, igne depercat tunc etiam in incendijs durante materia: imò quo saepius arsit, ad bonitatem proficiat: accedit, quod nec aliud metallum latius dilatatur, aut numerosius dividitur: sic igitur nihil charitatis persecutionum igne deperit, sed magis perficitur: iuxta illud secundae ad Corinthios 12. *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo, cum enim infirmor, tunc potens sum: Quali dicat, nihil virtutis & constantiae, mihi in tribulationum flammis deperit, quin potius tunc quado firmior atque potentior, ipsumque charitatis aurum per gratiam & virtutem Christi magis enitescit. Praeterea*
charitas

charitas quantumcumque extédatur laboribus, semper instat auri sufficit què ad R. 8. 5. admodum docuit Apollolus ad Romanos 8. *Qui nos separabit à charitate Christi: 2. ad Cor. 6. tribulatio, an angustia? &c. & 2. ad Corinthios 6. Quasi morientes, & ecce vivimus:* In quo quidem charitas à simulata virtute hypocritarum longè distat, quem admodum & verum aurum in eo distinguitur ab alchimico, quod alchimicum non ita malleorum ictus, sicut verum, sustinet. Vnde Paulus 2. ad Corinthios 6. postquam fideles ad labores constanter patienterq; tolerandòs, esset adhortatus, illis verbis. *In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, angustis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, necessariò adiungendum putavit in charitate non ficta:* Sem ut Græcè est, *ἐν ἀγάπῃ καὶ ἐν ὑποκριτῶ*, hoc est in charitate non hypocritica ut inueneret charitatem esse aurum, quæ nisi vera sit, haud poterit tribulationum, necessitatù, angustiarum, carcerum, seditionum, & laborum ictus sustinere, quin statim frangatur, què madmodum aurum charitatis hypocriticum & alchimicum malleorum ictu frangitur: quare inquit, ut persecutiones omnes, atque difficultates inuicò animò superetis habete verum charitatis aurum, non fictum, non simulatum, non alchimicum.

De simili hō hominis qui erat in medio septem candelabrorum aureorum.

SECTIO III.

RICHARDVS de S. Victore, per hunc similem filio hominis, angelum intelligit, qui in persona, & similitudine Christi, demonstrabat Ioanni sacramentum Diuinæ reuelationis, *Qui inquit, eo amplius habuit auctoritatis, quod apparuit in similitudine saluatoris:* Quæ sententia vera est, nec enim Christus ipse Ioanni apparuit, sed angelus Christi personā sustinens, & idcirco nō homo, nec filius hominis, sed *similis filio hominis*, appellatur: quo sēsu accipiēdi sunt ferè omnes interpretes, cū hoc loco per similem filio hominis, Christum intelligūt, nec enim illud censēdi sunt existimare, Christum in sua ipsius persona in medio candelabrorum aureorū visum esse, sed angelum in hominis specie, qui Christum referret: verum iam hinc illa oritur dubitatio, cur si Christum hic angelus representabat, non homo, sed *similis filio hominis* appelletur. Beda, Primasius, Hugo Cardinalis & alij, eam afferūt rationem, quia nimirum Christus resurrexit immortalis, non iam simpliciter hominem, qui naturam dicit passibilem, sed similem homini, dicendum fuisse: quo etiam sensu dixit Paulus 2. ad Corinthios 5. *Et scognouimus Christum secundum carnē, id est mortalem, sed iam non nouimus.* Eodemque modò D. Augustinus libro II. contra Faustum Manichæum capite 7. intellexit illud ad Hebræos 5. *Qui in diebus carnis suæ preces supplicatione quæ ad eum, qui posuit eum saluum facere à morte cum clamore valido & lacrymis offerens:* Vbi illud in diebus carnis suæ, idem est, atque cū vitā mortalem agebat. Elegantiorem rationem reddit Ioachimus Abbas, *Christus, inquit, tanta in celo præeminet claritate, tanta maiestatis gloria fulget, præ omnibus angelis, ut sicus in eo aliquando Diuinitatis suæ gloriam occultabat humanitas, ita nunc humanitatis eius abiectio exinanita à maiestatis gloria, & à splendore summa lucis absorptæ esse videatur.* Ut enim aliquando semetipsum exinanuit formam serui accipiens. Ad Philippenses secundo. Ita nunc forma ipsa seruilis à maiestatis gloria exinanita est, ut ita nihil à eo suspicionis remaneat, quo minus verus Dei filius esse credatur. Igitur

E ij

VIE. CAS
IN
APPOC
LIP
13

hic similis filio hominis est in medio candelabrorum aureorum; id est, Ecclesie vniuersae, iuxta ea, quae superius de septem candelabrorum mysterio diximus, idque multis de causis. Prima est, ut inde influat in omnes eius partes: propterea enim

Hugo Card.
In medio
candelabro-
rum cur Chri-
stus.

Prima ratio.

Sap. 18. 14.

Idem semper

in medio in-

uenitur.

Ezech. 38.

Psal. 73. 12.

Ioan. 20.

Mat. 18. 20.

Leu. 26. 11.

2. ad Cor. 6.

16.

Ezech. 37.

27.

etiam cor est in medio corporis: Adnotauit Hugo Cardinalis in hunc locum Christi semper in medio inueniri. Etenim ipse est media, id est, secunda persona Trinitatis: Nascitur media nocte, Sapientiae: 18. Dum medium silentium tenebant omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, Omnipotens sermo tuus Domine de caelo, à regibus sedibus venit. In medio mundi patitur, hoc est in Hierusalem, quae vmbilicus terra appellatur. Ezechielis, 38. Vnde est illud Psalm. 73. Operatus es salutem in medio mari. In medio duorum latronum crucifigitur. In aere id est, inter caelum & terram moritur. In medio discipulorum post resurrectionem stetit. Ioannis 20. Ipse etiam dicit de se Matth. 18. Vos fuerint duo, vel tres, congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Denique hoc locum in medio septem candelabrorum aureorum apparet. Simile est illud Leuit. 26. Ponam tabernaculum meum in medio vestri, ambulabo inter vos, & ero Deus vester, vosque eritis populus meus. pro ambulabo inter vos: est apud Septuaginta ἐμπεριπατήσω ἐν ὑμῖν: ad quae locum haud dubie videtur spectasse Paulus 2. ad Corint. 6. cum dixit. Vos estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus, quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo: vltus est enim eodem verbo ἐμπεριπατήσω: Concinit & illud apud Ezechiel. 37. Et erit tabernaculum meum in eis, & ero eis Deus, & ipsi exiunt mihi populus, & scient gentes, quia ego Dominus sanctificator Israel, cui fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum. Quod quidem vaticinium impletum est in Christo, qui sanctificationem suam in medio Ecclesiae posuit, ipseque in medio fidelium inambulabat, atque in medio candelabrorum, hoc est, omnium Ecclesiarum, ut in omnem partem vim gratiae suae largiter fundat, quae est prima huius mysterij ratio.

II.

Secunda.

Secunda ratio est. Christus in medio Ecclesiae per amorem, & beneuolentiam, qua omnes omnino complectitur. Atque hoc Christi exemplum debent omnes praelati in suarum Ecclesiarum administratione imitari, atque per amorem in medio esse subditorum: Mitto Christi pro omnibus in terras adductum, passionem, mortem: illud sane fuit in collegij Apostolici gubernatione admirandum, quod cum Petrum, & filios Zebedaei ad peculiaria quaedam familiaribus admittebat, veluti ad mysterium Transfigurationis aspiciendum: ita tamen haec omnia in reliquis Apostolis tractandis, fouendisque compendebat, ut quilibet eorum sibi in animum posset inducere, neminem sibi à Christo anteferrum, hinc enim orta est illa ab Apostolis non semel habita contentio, quis eorum videretur esse maior, ut patet Marci 9. & Lucae 22. nimirum usque adeo Christus in medio omnium erat, per amoris & beneuolentiae signa, quae modo vni, modo alteri exhibebat, ut nemo de

Praelati pruden-
tia atque
amor in sub-
ditos.

beneficijs in alterum collatis conquereretur, nemo alteri inuideret, quin potius quilibet eorum se plus amari existimare posset, & sibi primum honoris gradum praeter ceteris polliceri. Hoc sane fuit in medio esse discipulorum: quam in gubernando prudentiam debent praelati omnes quoad eius fieri posset aemulari, atque in medio subditorum esse per amoris & beneuolentiae argumenta. Haec enim subditos circumstare praelatum faciunt, fidenterque accedere: quemadmodum timor eisdem longè remouet, sicut eleganter monet D. Bernardus. serm. 23. in Cant. super illa verba cap. 1. Introduxit me Rex in cellaria sua, & exultabimus & iocabimur in te, memores verborum tuorum, Discite, inquit, Praelati subditorum matres vos esse, non Dominos, studete magis amari, quam metui, suspendite verbera, producite vbera, cur morsus à serpente paruulus fugit conscientiam sacerdotis, ad quem cum magis oportuerat tanquam ad sinum recurrere matris. Vnde Dominus Moyse praecipit, ut populum illum

D. Bernard.

illam

illum nutricis more tractaret, quemadmodum ipse sua illa querimonia testatur Numer. II. Nunquid ego concepim hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi, Nunc. II. II. porto eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum? Nec vero huic secundæ nostræ rationi officit, quod inferius hic idem similis filio hominis seuerè cum Angelis Ecclesiarum, id est, Episcopis, vtrumque enim adhibendum est, & comitas seueritate temperanda, iuxta illud Iob. c. 29. Si quando ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram, id est, tanta mea erat gravitas, ut si quando cum illis loquens riderem, adhuc tamen timerent, & reuerentiam seruarent. Illud enim significat (Lux vultus mei non cadebat in terram) seu ut habetur in Hebræo, Lucem vultus mei non abiciebant, id est, vultum meum lætum, atque hilarem non contemnebant: quam expositionem sic paucis complectitur D. Gregorius libr. 20. Moralium cap. 3. Talis, inquit, debet esse dispensatio regimini, ut is qui præest ea se circa subditos mensura moderetur, quatenus & arridens timeat, & iratus amari, ut cum nec nimia lætitia vilem reddat, nec immoderata seueritas odiosum. Et eodem libro cap. 8. ponderas illud Iob, quod habetur eodem capite. Cum sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen marcentium consolator. Hortatur Prælatos ut seueritatem benignitate temperent, exemplo illius Samaritani qui eius quincidit in latrones, vulneribus, vinum simul & oleum infudit. Luca 10. Ut per vinum, inquit, mordeatur tū vulnera, per oleum sanantur: quare miscenda est lenitas cum seueritate, faciendumque quoddam ex utroque temperamentum, ut neque multa asperitate exulceretur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Vnde et illud Psalm. 22. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga enim percutimur, & baculo sustentamur. Si ergo est distinctio virgæ, quæ feriat, sit & consolatio baculi quæ sustentet, id quod etiam in arca fœderis fuit expressum, in qua cum legis tabulis virga simul, ac mæna coniuncta fuerunt, quia cum scripturæ sacræ sciētia in boni rectoris pectore virga dīctationis, & mæna dulcedinis esse debet. Tertia & postrema ratio, est in medio candelabrorum aureorum per protectionem, curam atque prouidentiam, ut præsto sit ad emungenda candelabra, ne fidei lumen extinguatur, ne spes labet, nec charitas refrigescat, nec corruat disciplina: ex quo duci potest argumentum pro residentia Prælatorum, ut etiam ipsi exemplo Christi sint in medio candelabrorum, id est Ecclesiarum. Quemadmodum seuerè statuit Concil. Trident. sessio. 6. decreto de reformatione cap. 1. & sess. 23. decreto item de reformatione cap. 1. Residentiæ necessitatem, obligationemque Patres omnes exaggerant, præcipuè verò D. Athanasius patriarcha Constantinopolitanus, multis in locis veluti in epistola ad Episcopum Sardensem, vbi inter alia sic ait, ἡ ἐλπίς τοῦ Θεοῦ ἡ μὴ ἀπολείπει καὶ τὸν ἀνεπίτημητος ἐὼντων ἐπίσκοπων πᾶσα τὴ πικρὴ, hoc est diuinis oraculis seu statutis ne minimum quidem permittentibus impune aliquem pastorem à grege abesse: legendus est idem in epistola quam scripsit ad omnes Episcopos, & in epistola ad Episcopum Cretæ volenti proficisci ad suam Episcopatum, & in epistola ad Episcopum Apamæ, & in epistola ad Imperatorem, ut Episcopos ad suam dioceses ire iubeat.

Cur vestitus podere apparuerit.

Vidi similem filio hominis vestitum podere.

SECTIO IIII.

RATIO prima est Bedæ, & Richardi de sancto Victore, ad significandam naturam humanitatis, in qua Christus semetipsum tanquam verus sacerdos

VIE. CAS
IN
APOSTOLIS
P. 17
23

Virtus pas-
sionis Christi
Ezech. 1.

Patri pro nobis obtulit, erat enim podêris vti diximus, vestis sacerdotalis: est au-
tem hæc vestis talaris, id est, vsque ad talos demissa, quia virtus passionis Christi ad
infimos quosque fideles pertingit: vnde & Ezechielis 1. homo ille, qui in throno
sapphyrino coësedebat, Christumque significabat, similitudinem electri præfere-
bat, quod vim habet paleas attrahendi, quia Christus non solum magnates &
principes, sed etiam infimos quosque de plebe, passionis sue virtute seruat, & ad
cælum vsque vbi nunc est, eum paleas electrum, trahit: quod autem è cælo hoc est
tanto interuallo, paleas in terra positas possit attrahere, electri est diuina planè ad
attrahendû efficacia præpollentis. Vel certe podêrem possumus amorem integ-
pretari, qui talaris fuit in Christo, id est, vsque ad finem vitæ pertingens, iuxta il-
lud Ioannis 13. *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Est enim tala-
ris vestis perseverantiæ Symbolum, vt auctor est D. Gregorius lib. 1. Moralium
cap. vltim. expendens quod solus Ioseph inter fratres talarem tunicam habuisse
perhibetur. Genes. 37. cum dicitur. *Nudauerunt eum tunica talaris, & polymita,* quia
Ioseph inter fratres vsque ad finem iustus perseverasse describitur. *Quid enim, inquit,
est talaris tunica nisi actio consummata: quasi enim tota vita tunica talum corporis operit, cum bo-
na actio ante Dei oculos, vsque ad vitæ terminum pergit.* Eadem tunicæ talaris expo-
sitiō traditur ab Eligio Nouiomeni Episcopo tomilia 11. ad pœnitentes, & refer-
tur in appendice Bibliothecæ sanctoꝝum Patrum, vbi addit idem significari à
Christo cum de se ait hoc ipso cap. *Ego sum Alpha, & Omega,* id est, principium &
finis, vt nimirû nõ solum bono principio contenti sumus, sed finem bonû habere
studeamus. Hæc autè eò pertinent, vt proposito nobis ante oculos Christi cruen-
to in cruce sacrificio, quod tanquam verus sacerdos in humanitate peregit, amo-
rèque illo singulari, quo nos in finem vsque dilexit, in eius quoque nos amorem
ardentiùs incitemur.

Talaris tu-
nicam Chri-
sto, quid.
Ioan. 13.
D. Greg.
Gene. 37. 23.

Eligius.

Secundò, Apparuit vestitus podêre, veste isquam sacerdotali ad terrorem in-
cutiendum peccantibus: declarat namque iudicium, quo nunc singulos, in fine
autem mundi iudicaturus est vniuersos, ad forum etiam interiùs vt pote sacerdo-
tale pertinere. Itaque se omnia, siue merita, siue demerita certo noſte, de illisque
sententiam daturum, quo eodem mysterio Ezechielis 9. apparuit etiam vestitus
lineis, seu podêre, vt Septuaginta transtulerunt, & habens ad renes atramentar-
ium scriptoris, quia omnia quæ agimus diligenter notat, accuratè que describit,
vt iudicet, sicut eo loco interpretatur D. Hieron.

Ezech. 9.
Septuaginta
D. Hieron.

Tertiò, ad probitatem vitæ, morûque integritatem commendandam fide-
litibus apparuit vestitus podêre, id est, iustitia, seu sanctitate, quæ indumentum Chri-
sti, & cuiusuis iusti appellatur iuxta illud Esaiæ 61. *Indumento iustitiæ circumdedit me:*
cui concinit illud Ecclesiastici 27. *Si sequaris iustitiam apprehendes illam & indues quasi
podêre honoris:* & est sensus, sua quæque iustitia, atque virtute indui veluti honorifica
quadã veste talari, quæ totû hominè tegit, ornâque: sic etiã Iob cap. 29. *Iustitia
inquit, inductus sum, & vestivi me quasi vestimento.* Quem locum expendens D. Greg.
lib. 19. Moralium cap. 16. *Vestimento, inquit, cum vestimur ex omni parte circumdamur: ille er-
go iustitia sicut vestimèto vestitur qui se vndique bono opere protegit, & nullam partem actûnis
sue peccato nudam relinquit, nam qui in quibusdam actûnibus iustus est, in alijs iniustus, quasi
hoc latus cooperuit, illud nudauit, nec iam bona sunt opera, quæ subortis alijs prauis operibus
inquinantur, iuxta illud Ecclesiastici 9. *Qui in vno peccauerit, multi bona perdet.* Et Iacobi
2. *Qui in vno peccauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus.**

Iustitia Chri-
sti indumen-
tum.
Esaiæ 61. 10.
Ecc. 27. 9.
Iob 29. 41.
D. Greg.

Ecc. 9. 18.
Iacob. 2. 10.

Quarto, & positemo. Podêrem possumus Ecclesiam accipere, quam Christus
ipse induit, vt sua ipsius persona pretiosam, & illustrem faceret: sicut autè podêris
tunica

tunica erat admodum stricta nullamque rugam efficiens, si tunicam lineam non hyacinthinam intelligas, vt diximus hoc ipso Exegetico, Sectione prima, ita Paulus docet Ecclesiam ita gloriosam à Christo effectam esse, vt nubem haberet rugam, ad Ephesios. 5. *Vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam: propterea namque Ecclesia laboribus & persecutionibus nimis extenditur, ne rugam habeat quemadmodum docet D. Augustinus in Psalm. 132. Vesp. Ad Ephes. inquit, sacerdotalis Ecclesiam significat, de qua loquitur Apostolus ad Ephesios 5. Quae mundatur, vt non habeat maculam, extenditur, vt non habeat rugam, vbi eam extendit Gallo nisi in ligno: videmus quotidie à fullonibus tunicas quodammodo crucifigi, crucifiguntur enim vt rugam non habeant. Hæc ille. De huius vestis mundatione multa superiori Exegetico Sect. vndecima diximus ad illa verba, Lauis nos in sanguine suo: Vbi Ecclesiam esse Christi pallium & indumentum confirmauimus. Omnes istæ rationes cum ipsa visione probè cohærent, ostendunt enim se hoc loco Christus omnium fidelium habentem curam & prouidentiam, sacerdotem, ac iudicem & summa cum sanctitate ac iustitia Ecclesiam administrantem.*

*Ecclesiam
Christus fecit
gloriosam.
D. August.*

Cur fuerit præcinctus ad mammillas zona aurea.

Ex præcinctum ad mammillas zona aurea.

SECTIO V.

NON tantum materia nobilitate, & compositionis elegantia, sed mysteriorum quoque venustate pulcherrima est hæc zona aurea, qua ille *simili filio hominum* præcinctus erat ad mammillas: Atque in primis illud quarimus, Cur Christus Dominus in testamēto veteri, id est, Danielis 10. accinctus renibus: in nouo autē testamēto, id est hoc loco, ad mammillas accinctus apparuerit, etenim quamuis ille apud Danielē angelus fuerit, & vt quidam arbitrantur Gabriel, tamen Christū representabat, quemadmodum, & hic qui Ioanni apparuit, nō Christus sed angelus fuit, qui Christū referebat, vt ipse in initio suæ Apocalypsis testatur, cum ait, *Loquens per angelum suum seruo suo Ioanni.* Merito igitur dubitare quis possit cur illic ad renes, hic ad mammillas præcinctus appareat: & illic quidē auro obryzo, hic autem zona aurea: cui quæstioni sic respondet Richardus de S. Victore. *In veteri, inquit, testamento visus est angelus propheta cinctus renibus, quia ibi carnis opera expressius prohibebantur, in nouo autem Ioanni visus est angelus præcinctus ad mammillas, quia nunc vel ipsæ cogitationes illicitæ manifeste refranantur: qui enim non inquinamentum carnis, quod veteri testamento iam fuerat interdictum, sed inquinamentum spiritus quod in nouo arctius est prohibitum, restringere veniebat, non ad renes, sed ad mammillas præcinctus debuit apparere.* Hanc eandem responsionem clarius proponit Pannomus. *Apud Danielē, inquit, præcinctus ad renes apparet, quia scriptura veteris testamenti ipsum opus luxuria arceat, nouum autem testamentum etiam ipsas cogitationes, dicente Domino: Matth. 5. Qui videt mulierem ad concupiscendum eam, iam macha: us est eam in corde suo. In peccate igitur præcinctus apparet, quia cogitationes pectoris & cordis cauet. Eadem ratio traditur ab Hugone Cardinale & Ambrosio Ansberto, eamque sequitur Glossa in hunc locum: Porro vtrobique aurum apparet: etenim apud Danielē rene auro obryzo, hic autem mammilla zona aurea præcinguntur, quia tam exterior castitas quam interior, ex charitate, quæ per aurum significatur proficisci debet. Quanquam & in hoc discrimen legis veteris & nouæ nō mediocriter apparet, Zona enim aurea, quæ melior est, & delicatior, maiorem charitatem indicat, quam aurum, obryzum, quod adhuc duritiem retinet, nec tantam*

*Dan. 10.
Cur Christus
in veteri
testamento ad
renes, in nouo
autem ad
mammillas
accinctus ap-
paruerit.
Rich. de San-
cto Vict.
Euangelica
perfectio.
Pannom.
Matth. 5. 28.
Hug. de Corr.
in Ambrosio
Ansbert.
Gloss.
Veteris
nō a lege
discrimen.*

charitatis dulcedinem ostendit, ut exploratum sit longè maiore esse in lege noua quàm fuerit in veteri charitatem & perfectionem, id quod eleganter expressum agnoscit D. Gregorius homilia 13. in Ezechielem, in illa illustri visione capitis quadagesimociesim hominem indutum lineis templum illud mysticum lineo filo dimeticentem Propheta conspexit. *Funiculus*, inquit, *lineus in manu eius: censura legis veteris*, ait Gregorius, *funiculus fuit, sed lineus non fuit, quia eundem populum, non subtili*

Matth. 5. 21. *prædicatione coercuit, in quo per pœna sententiam, non peccata cogitationis, sed operis resciauit. At Christus Dominus funiculum lineum in manu tenuit: cum dixit, Matth. 5. Audistis, quia dictum est antiquis, Non mœchaberis: Ego autem dico vobis, quia qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo:*

II. Hoc ipsum Orig. homil. 12. in Exod. vult in eo expressum fuisse, quòd Moyses, qui typum legis gerebat, faciem quidem habuit splendidam Exod. 34. manum verò leprosam Exod. 4. At Christus non solum faciem, sed etiam manibus in Transfiguratione resplenduit, quia videlicet opera, quæ per manus exprimitur, imperfecta erant in lege veteri: at in lege gratiæ ad maximam perfectionis splendorem peruenerunt. *In lege*, inquit, *vultus quidem Moysi glorificatus refertur, licet velamine contegatur, manus autem eius intra sinum missa leprosa facta memoratur, sicut nix: in quo mihi videtur forma totius legis plenissime designari: in vultu enim eius sermo legis, in manu opera designantur: quia ergo nihil ad perfectum adduxit lex, ad Hebr. 7. idcirco manus Moysi leprosa sit, & in sinum reconditur, tanquam nihil perfecti operis habitura, facies verò eius glorificata est, sed velamine tegitur, quia sermo eius habet scientiæ gloriam sed occultam: in lege ergo Moyses solam faciem habet gloriosam, neque manus eius habent gloriam, imò potius & contumeliam: sed neque vlla gloria erat in pedibus, denique soluere iubetur calceamentum Exod. 3. licet & hoc fieret non sine alicuius forma mysterij: ostendebatur namque quod in nouissimis temporibus solueret Moyses calceamentum, ut acciperet alius sponsum, & illa vocaretur domus discalceati, vsque in hodiè num diem (iuxta id quod præcipitur Deuteron. 25.) nihil ergo aliud in lege habet gloriosum Moyses, nisi solam faciem: in Euangelijs autem totus glorificatur ex integro. Hinc etiam est quod Paulus Hebræos, puenis, qui sub lege tanquam sub pædagogii custodia tenebantur comparauit: fideles autem legis gratiæ, viros, appellauit, qui tanquam perfectiores, grandioresque pædago non indigebant: sic accipiendum est illud ad Gal. 3. Prius quam veniret fides, sub lege custodiabantur conclusi, in eam fidem, quæ reuelanda erat: itaque lex pædago noster erat in Christo, ut ex fide iustificemur: at ubi venit fides, iam non sumus sub pædago. Ex quo præter alia habes legis veteris doctrinam, sanctitatem, imperfectam, & puerilem fuisse, si eum legis nouæ per Christum constitutæ, sapientia & perfectione conferatur. Quare merito superiores doctores aiebant ad hoc inter vtramque legem discrimen innuendum, Christum in veteri testamento ad renes, in nouo autem ad mammillas præcinctum apparuisse.*

Quid mammillæ significant.

Et præcinctum ad mammillæ.

SECTIO VI.

I. **L** I V D etiam explicationem desiderat, quid *mammilla* significet, ad quas *Suaui Christi amor in Ecclesiam.* *milis filio hominis præcinctus* apparuit. Prima expositio est, significare summam Christi dulcedinem, amorisque suauitatem quo Ecclesiam suam complectitur, ut ex amore intelligat proficisci labores, calamitatesque vniuersas, quibus illam Christus ad finem vsque mundi patitur exerceri: sic multò antè sponfa vbera sponi dixit esse *meliora vino, & fragrantia vnguentis optimis.* Canticorum. 1.

Quo

Quo loco omnes fere Hebraei legunt; Quia meliores sunt amores tui vino, et
 enim Hebraicè כִּי טַיִב מִיַּיִן quibus verbis maxima vberum sponfi dulcedo,
 ac suauitas continetur, vsque adeò vt illis sponfa nitatur excusata iuam illam au-
 daciã, cum statim in verba illa amoris plenissima prorupit, *Dulcerur me osculo* D. Bern.
oris sui. Quæ obseruatio est D. Bernardi sermone 9. in Cantica. *Temeritatem*, in-
 quit, prout valet excusare conatur, quasi dicat: si aliam sapere videor, tu fecisti, o sponse, qui
 in aulecine vberum tuorum tanta me dignatione lactasti, quatenus omni metu depulso au-
 deam plus forte quam expediat. Duo præterea ista vbera, vt idem docet, sunt gemina
 dulcedo, quæ exuberat in Christi pectore, videlicet longanimitas in expectan-
 do, & in donando facilitas. De priori vbere loquitur Paulus ad Romanos 2. *An*
diuitias bonitatis eius, & patientia, & longanimitatis contemnis, an ignoras, quia benignitas Ad Ro 2. 4.
Dei ad penitentiam te adducit? ubi in qm̄en diuitiarum, sicut & aliã apud Paulum in-
gentem copiam & abundantiam significat: per bonitatem, verò ne intelligas eam,
quæ malitiã opponitur, diciturque Græcè ἀγαθότητα, sed benignitatem, cum
fit Græcè χρηστότης: vnde meritò postea vulgatus transtulit, an ignoras quia be-
nignitas Dei habetur enim Græcè τὸ χρηστόν. De altera vbere est sermo Ezech. 18.
Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis & custodierit omnia præcepta mea vita Ezech. 18. 21.
viuet, & non morietur. Pulchrè Regius vates vtramq; duobus verbis complexus
est Psal. 102. Longanimis & multum misericors. Eadem amoris dulcedin. in sub eadẽ Psal. 102. 8.
 metaphora explicauit Esaias cap. 66. Cum dixit: *Lacramini cum Hierusalem omnes* Esai. 66. 11.
qui diligitis eam, ut sugatis & repleamini ab vbere misericordie eius, & mulceatis & delicijs
affluatis ab omnimoda gloria eius. Et rursus, ad vbera portabimini, & super genna blan-
dientur vobis. Rectè verò addidit sponfa. Fragrantia vnguentis optimis, seu vt septua-
ginta transtulerunt, ὁ ὄσμη μύρων σου ὡσπερ ἡ τὰ ἀρώματα: id est, odor vn-
guentorum tuorum super omnia aromata. Vt magis istorum vberum suauitate explica-
 rent, & innuerent eos, qui sponfi vberibus fruuntur, pati præ amoris dulcedi-
 ne animi deliquium, cui morbo odores ex floribus aromatibùsq; confecti, aut
 etiam vnguenta pigmentaria arte composita adhiberi solent, quod remedij ge-
 nus sibi postulat sponfa cum ait Canticum 2. *Fulcite me floribus, stipate me malis,* Cant. 2. 5.
 quia amore languet. Estigitur sensus eos, qui præ suauitate, quam ex sponfi vberibus
 sentiunt, deliquium patientur, habere ad manum vnguenta & aromata, qui-
 bus aspergantur, eaque in ipsimet sponfi vberibus reperiri.

Sed pro huius rei maiori expositione aduerte rectè Deo vbera tribui, quoniã
 sicut vbera in feminis appetente partus tempore turgescunt, editaque iam
 prole distenduntur, & quia cordi præcordiisque insident, matrem amoris ad-
 monent ad nutriendum fœtum: ita Deo, cum eius amor erga homines multum
 iam per opera creuisset, quasi vbera ipsa turgescere cœpta sunt, & appetente par-
 tus tempore, id est, incarnationis Dominicæ, distenta admodum fuerunt ad
 nouum fœtum educandum. Quod enim ante Incarnationem non admodum
 hæc vbera turgere, expostulans ea de re cū Deo, Esaias cap. 63. testatus est cum
 dixit, *Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum* Esai. 63. 15.
tuarum super me continuerunt se. Verum post incarnationem, tunc sanè copiosè e-
 iusmodi vbera tumuerunt, vt non obscure Paulus explicauit illis verbis ad Ti-
 tum 3. *Apparuit dignitas & humanitas saluatoris nostri Dei.* Quamquam enim Græ-
 cè pro eo quod nō habemus, humanitas, non est ἀνθρωπότης sed φιλανθρωπία,
 id est, non humanitas (eo sensu quo Theologi vsurpant) sed amor erga homines,
 vt sit sensus, vsque adeo Deum dilexisse homines, & beneuolum erga eos se de-
 monstrasse, vt filium suum vnigenitum propter eos in terras miserit: vnde &
 II. o
 Post incarna-
 tionem suscit-
 Dei miseri-
 cordia.
 Ad Tit. 3. 4.

- Hieronymus clementiam interpretatur: tamen de humanitate, hoc est, humana naturæ assumptione, plerique Patres accipiunt: in quo opere præcipuè Dei in homines amor, & clementia resplenduit: & præter alios cum loco expendens D. Bernardus serm. 1. in die Natiuitatis Domini. Apparuerat, inquit, ante potentia in rerum creatione, apparebat sapientia in earum gubernatione, sed benignitas misericordiam nunc maxime apparuit in humanitate, potestas subiectionem, maiestas exigit admirationem, neutra imitationem, quousque angustata est misericordia in sola Angelorum parte, iuxta illud Psalm. 35. Domine in celo misericordia tua, & veritas tua usque ad nubes. Terram uniuersam condemnans, & aëreas potestates, dilaret misericordia terminos suos, attingat à fine usque ad finem fortiter, disponens omnia suaviter, Sapientia 8. & restrictus est Domine iudicio sinus tuus, solve cingulum tuum & veni miserationibus affluens. Et sermone 1. in Epiphania eundem locum ponderans: Prius, inquit, quam apparet humilitas, latebat benignitas, quamquam & prius erat, nam & misericordia Domini ab aeterno est, sed unde tanta agnosceretur; promittebatur, sed non sentiebatur, unde & a multis non credebatur. Ego, inquit, per Hieremiam 26. cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: sed quid respondebat bono afflictionem sentiens, pacem nesciens, quousque dices pax: pax, & non est pax, Ezechielis 3. Verum ubi apparuit humanitas, iam benignitas latere non potuit. Denique sermone de diligendo Deo magis adhuc eundem locum illustrat his verbis: Potentia occultata est, quia in infirmitate venit, iuxta illud Habacuch cap. 3. Abscondita est fortitudo eius. Haud dubium quoniam in cruce, ubi cornua in manibus eius, Sapientia quoque abscondita est, placuit enim ei per stultitiam verbi saluos facere credentes, sed benignitas apparuit, quia non potuit amplius declarari, neque abundantius exprimi, nec euidentiùs commendari. Idem habes ad Titum 2. Apparuit gratia Dei omnibus hominibus. Quare rectè vbera zona aurea cinguntur, non quod strictior fuerit in lege gratia, misericordia diuina, cum fuerit multò fusior, ac latior, vt haec diximus: sed quia magis eluxit, & elegantius apparuit, & quasi zonam auream Christus charitatem suam præcinxit, iuxta illud Psalm. 92. Dominus regnauit, decorem induit, induit est Dominus fortitudinem & præcinxit se. Sed de zona aurea paulò post fusius.

III. Secunda expositio est. Per hasce duas mammillas, duo testamenta significari, vt vult Diuus Augustinus, seu potius Ticonius, & Arethas in hunc locum, quæ de pectore Saluatoris tanquam de perenni fonte accipiunt, unde Christianum populum nutriant: in quem sensum, vbera illa meliora vino, & fragrantiora unguentis optimis, de quibus agitur Canticum 1. interpretatur Diuus Hieronymus in caput 96. Esaiæ, & Diuus Ambrosius libro de benedictionibus Patriarcharum cap. 11. illud Genesis 49. in benedictione Ioseph. Deus Pater tui erit adiutor tuus, & omnipotens, benedicet tibi benedictionibus caeli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum. Vbera, inquit Ambrosius, duo testamenta dixit, quorum altero annuntiatus est, altero demonstratus. Ratio vero est, quia sacra doctrina, quæ ex utroque testamento exprimitur, lacti comparatur, propter dulcedinem & candorem: præcipuè verò doctrina facilius, unde est illud Pauli ad Hebræos 5. Facti estis, quibus lacte opus sit non solido cibo: omnis enim qui lactis est particeps, expertus est sermonis iustitiæ. Et primè ad Corinthios 3. Tanquam paruuli in Christo, lac vobis potum dedi non escam, nondum enim poteratis. Et 1. Petri 1. sicut modo genti infantes, rationabiles & sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem, si tamen gustastis quoniam dulcis est Dominus. Quo loco, non Rationabiles, sed Rationabile, legendum est, vt ad lac referatur, est enim Græcè τὸ λογικὸν ἢ δὲ λογίζα λα. hoc est rationabile, sine dolo lacte: ita citat Diuus Hieronymus in cap. 55. & 60. Esaiæ & in cap. 10.

cap. 10. Zachariae similiterque D. Augustinus libr. 50. homiliarum homilia 20. De lacte hoc mystico egregie disserit Clemens Alexandrinus cap. 6. lib. 1. Pedagogi, ubi eleganter docet Christum esse mammillam Patris, per quam videlicet omnem gratiam à Patre fugimus, Verbum, inquit, est omnia infanti, & pater, & mater, & pedagogus, & alter: iuxta illud Ioannis 6. Comedite meam carnem, & bibite meum sanguinem, ipse itaque qui est dilectus & alter noster, verbum effudit pro nobis suum sanguinem, per quem, qui in Deum credidimus, ad mammillam Patris, que curacum oblivionem inducit, nempe verbum confugimus, ille autem solus nobis lac dilectionis infantibus suppeditat, ique sunt vere beati, qui hanc lactant mammillam. Et in hunc sensum interpretatur illud paulò ante citatum ex prima eius epistola cap. 2.

Addimus & tertiam expositionem, Per has Mammillas Dei misericordiam & iustitiam intelligi. Per dexteram quidem misericordiam, per sinistram verò iustitiam. Etenim in omnibus Dei operibus, misericordiam & iustitiam reperiri, docet Divus Thomas in part. quart. 21. art. 4. iuxta illud Psalm. 24. *Universe via Domini misericordia & veritas.* De dextro misericordiae vberis fugitur lac indulgentiae. De sinistro lac correptionis, illud suavius, hoc paulò iniucundius, utrumque tamen infantibus salutare. Adcircò enim Christus suos filios interdum ablaetat, id est, asperius tractat, seu de dextro vberis ad sinistram transfert, ut iam robustiores effecticiant cum Apostolo, *Et abundant, & penuriam pati, ad Philippenses 4.* Unde est illud Esaiæ 28. *Quam docet scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablattatos à lacte, auulsos ab vberibus.* Quem locum ponderans D. Chrysostomus sermone in Iob & Abraham. *Quandiu, inquit, imperfecti sumus, nobis paritur, & quandiu lactamur, paternè fovemur. Vbi autem perfectiores facti fuerimus, perfectorum certamina subimus.* Obseruat item Chrysostomus, non dictum esse ablaettatos ab vberis, sed auulsos, quia nimirum coguntur fideles recedere à lactando, ut tant per omne discrimen. In cuius rei typum Abraham filium suum Isaac ablaettavit facto grandi conuiuio, Genes. 21. In quem locum D. Ambrosius libr. 1. de Abraham cap. 7. *Non, inquit, quia à nutricis lacte subductus est puer, magnum conuiuium exhibuit Abraham, sed quia idoneus habitus est Isaac fortioris gratia cibo, & virtutis alimento.* Et sermone 19. in Psalmum 118. locum Esaiæ citatum tractans sic ait: *Ad per lactatos & abductos ab vberibus loquebatur, hoc est, ad eos, qui prima infantia alimenta transissent, cibo iam habiles fortiori. Exemplo sit, Quod ablaettatus Isaac Patriarcha tantus euaserit, ut adhuc inter rudimenta primæ postius aratis, nequaquam tamen gladium ferituri parentis horruerit.* Atque hæc tertia mammillarum expositio, maximè nobis conuenire, cum huius operis scopo, institutò que videtur: cum enim Christus in toto hoc Apocalypseos vaticinio se supremum Ecclesiæ antistitem, gubernatoremque exhibeat, consentaneum fuit, ut duas illas partes præcipuas, quibus tota eius administratio continetur, misericordiam scilicet atque iustitiam, in seipso exprimeret, ut & per misericordiam fideles ad spem consequendæ felicitatis erigeret: per iustitiam eosdem à suscipiendis, admittendisque sceleribus cohiberet: & quoniam non solum cum præmia misericorditer pollicetur, sed etiam cum in peccata iuste vindicat, non odio, sed amore in homines incitatur, idcircò vtraque administrandi ratio in mammillis expressa est, quæ cordi, vbi sedes est amoris, coniunctæ sunt.

III.
In omnibus
Dei operibus,
misericordia
& iustitia.
D. Thom.
Psalm. 24. 11.
Filios suos
cur interdum
Christus
ablaetat.
Philip. 4. 12.
Esaiæ. 28. 9.
D. Chrysost.

Gen. 21. 18.
D. Ambros.
Idem.
Tertia mām-
illarum ex-
positio refer-
tur.

Christus eodem amore
iunxit quo
premiatur.

SECTIO VII.

I. Quid verò attinet ad zonam auream. Primum D. Augustin. seu Ticonius, & Beda in hunc locum eam interpretantur multitudinem sanctorum, sicut enim, inquit, cingulo pectus astringitur, ita sanctorum multitudo Christo adheret, & veluti duas mammillas, duo testamenta complectitur, ut ex ijs veluti de sanctis uberibus nutriantur. Eodem modo interpretatur D. Ambrosius, qui addit, zonam, id est, sanctorum multitudinem dici auream, quia sancti, multis tribulationibus, sicut aurum in fornace probantur. Nec verò incongruenter, zona, qua Christus cingitur, sancti intelliguntur, quia eodem sensu filij Israël Deo lumbare appellantur. Hierem. 17. 1. *17. Posside tibi, inquit Dominus ad Hieremiam, lumbare lincuis, & pones illud super lumbos tuos.* Et inferius, sicut adheret lumbare ad lumbos viri: *sicut glutinavi mihi omnem domum Israël, & omnem domum Iuda, dicit Dominus, ut essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam.* Iam superius ex Origene diximus Ecclesiam vocari stolam, & amictū Christi: iuxta illud Genesis 49. *Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuae pallium suum.* Et eundem sensum D. Augustin. libro de Essentia Diuinitatis, & cepit illum Esaiæ 63. *Quis est iste qui venit de Edom sinitis vestibus? Vestimenta, inquit, Domini sancta accipitur Ecclesia, qua per fidem ac dilectionem ei coniuncta est: de qua scriptum est Psalm. 92. Dominus regnauit, decorem indutus est.* Ob eam etiam causam docent Patres, tunicam illam Christi inconsutilem, typum Ecclesiae fuisse, in quibus est D. Augustinus epist. 171. contra Donatistas, & epistola 203. & D. Athanasius de Passione & cruce Domini, & D. Cyprianus tractatu de vnitae Ecclesiae, quam ait fuisse deluper contextam per totum, id est, de caelo venientem, & quia Christi populus scindi non potest. *Tunica, inquit, eius per totum textilis, & cohaerens diuisa à possidentibus non est.* Nec mirū videri debet quod fideles zona Christi appellentur, siquidem, & corona eius dicuntur. Esaiæ 62. *Eris corona gloria in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.* In quem locum Cyrillus Alexandrinus: *Præquamque, inquit, animam, & vniuersam Ecclesiam coronam comparare licet, ex multis floribus contexta, vel regio Diademati lapidibus pretiosis, & gemmis indicis radianti.* Additur verò, *In manu Domini, propter protectionem diuinam, Denique est eiusmodi zona ad mammillas, sub quibus cor latet, ut indicetur fideles, & præcipue iustos, maxime à Christo adamari.* Atque hæc quidem superiores autores tradunt, quorum tamen expositio nobis minime videtur cum re ipsa coherere: si enim mammillæ, uti diximus, sunt vel Christi amoris erga Ecclesiam suauitas, iuxta primam expositionem: vel duo testamenta iuxta secundam: vel ut nos putamus Christi misericordia & iustitia, quibus Ecclesiam administrat, iuxta tertiam: quo nexu zona, qua ad mammillas Christus præcingitur, multitudo sanctorum dici possit: aut quo sensu sancti vel Christi amorem, vel duo testamenta, vel eius misericordiam, iustitiam, que præcingant, cum sancti potius à Christo per suam ipsius dulcedinem, vel per misericordiam iustitiamque præcingatur.

Quare sit secunda expositio tertiæ nostræ de mammillis interpretationi consentanea, zonam hanc auream charitatem esse, qua Christus tanquam aurea zona præcingitur ad mammillas, quibus misericordiam & iustitiam significari diximus: quoniam ut etiam ibidem annotauimus, vtraque hæc Ecclesiam gubernandi ratio ex amore & charitate verè aurea, hoc est perfecta proficitur: Ipsum

Ipsam verò, *zona*, imò & *præcingendi* nomen strictissimam, arctissimamque esse hanc in Christo erga fideles charitatem demonstrat: & quoniam proprie non mammilla præcinctæ erant: sed vestis illa talaris, quam Christi vel humanitatè, vel sacerdotium, vel sanctitatem, vel denique Ecclesiam ipsam significare docuimus, cum omnibus expositionibus, hæc *zona* de charitate acceptio mirificè consentit: si quidem & Christi humanitas & sacerdotium, & sanctitas, atque eo quodam & arctissimo in Deum, hominèque amoris vinculo cingebantur: ipsamque etiam ipse sibi Ecclesiam strictissima charitatis *zona* copulabat: ut hanc etiam ob causam illa *zona* de multitudine sanctorum interpretatio, ab instituto Ioannis, ipsòque visionis scòpo multum mihi abhorreere videatur. Itaque Ecclesiæ suæ Christus *zona* aurea charitatis præcinctus apparuit, ut tam pulchro ornatu eam facilis ad sui amorè pertraheret: id quod iam multo antè per Oseam promiserat capit. *Osee. 11. 5.*
11. cum dixit; Ego quasi nutritus Ephraim portabam eos in brachijs meis, & nescierunt quid curarem eos, in funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis, & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum. Quid enim aliud sunt funiculi Adam, & vincula charitatis, nisi *zona* hæc aurea, qua præcinctus ad mammillas visus est? quare idem est charitatis funiculis Ecclesiam trahere, & amoris vinculis constringere, atque *zona* aurea secum arctissimo nexu copularè. Porro quod dictum est, in *vinculis Adam*, *Beneficijs* siue hominis, periphralis est amoris: quia enim amore & beneficijs ligati homines ligantur homines.
 vsurpantur: quo eodem sensu accipiendum est illud Davidis 2. Reg. 7. *Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me huc vsque: sed hoc parum visum est in conspectu tuo Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo serui tui, in longinquum, ista est enim lex Adam, Domine Deus: vbi per legem Adam beneficia intellexit, quæ legem hominis appellauit: quoniam beneficentia tanquam potentissimè seueræ alicuius legis imperio homines fortiter, sed suauiter tamen obligantur: hæc est altera eius loci expositio, præter illam aliam communem de perpetuitate generis, posterorùmque successione, quam homines maxime cupere, ijs verbis rex David significauerit. Cum igitur beneficentia *Lex* & *funiculi Adam*, siue hominis appellatur, merito Dominus cum homines amore, beneficiorumque magnitudine ad se pertrahere institueret, dixit, *In funiculis Adam traham eos*, quod quasi interpretans subiunxit, *in vinculis charitatis*: id quod opere ipso per incarnationem præstitit, eiusque rei significanda gratia, *zona* charitatis aurea, ut diximus, ad mammillas præcinctus apparuit. Nec verò id tantum per Oseam prædictum fuit, sed etiam in legali Pontifice (ad quem hoc loco per vestimenta huius angeli, siue sacerdotalia, siue pontificia, iuxta vtramque ea de re à nobis commemoratam sententiam, fit allusio) illustri & minime obscure typo figuratum: etenim vnum ex præcipuis legalis Pontificis ornamentis erat Rationale iudicij, quod eleganti opere perfectum duodecimque pretiosis lapidibus, in quibus nominata duodecim tribuum incisa erant, supra pectus Pontificis ponebantur *zona* quadam hyacinthina ad tunicam hyacinthinam & superhumeralè religatum Exod. 28. ut ita indutus ornatuque Pontifex Christum Maximum Pontificem referret, qui erat præ amore, fideles in pectore, atque in corde gestaturus, & *zona* non hyacinthina sed aurea, ardentissima scilicet aduersum homines charitate præcingendus. *Exod. 28. Christi amor in fideles.**

Illud addiderim hæc eadem Christi ad mammillas *zona* aurea præcincti effigie Ecclesiam admoneri, ut ipsa quoque exemplo sui sponsi sese charitate in Deum & proximum, quasi aurea *zona* arctissime præcingat: eoque cingulo omnium virtutem indumenta ne fluant, dissoluanturque arcte constringat: idcirco

III.

Charitas
cor zona &
catena
Ad Coloss.
3. 14.
Exod. 26.
32.

Beda.

2. Cor. 13. 4.

Amor operi
bus demon-
stratur.

III.
Rupertus.
Psalm. 92. 1.

Status glorie
vitalis.
Rom. 6. 9.

V.
Alacritas
Episcoporum
in admini-
strandu Ec-
clesia.

enim charitas zona dicitur, quia reliquas omnes virtutes astringit, & continet: Unde à Paulo vinculum perfectionis, appellatur ad Colossenses tertio. Super omnia autem hac charitatem habere quod est vinculum perfectionis. Eandem que ob causam catenulae illae aureae, quae erant in rationali Pontificis, Exodi 28. charitatem adhibebant, quae instar catenae habet reliquas omnes virtutes religatas, Facies, inquit Dominus, in rationali catenas suis invicem coherentes ex auro purissimo, & duos anulos aureos, quos pones in utraque rationalis summitate, catenasque aureas iunges anulis, qui sunt in marginibus eius, & ipsarum catenarum extrema duobus copulabis vincinis in utroque latere super humeralis, quod rationale respicit. Quem locum expendens Beda, Catena inquit, ex auro purissimo est continuatio casta, & non sine dilectionis, (Rationalis) id est cordis firmiter affixa. Duae autem sunt, quia duplex est amor, Dei videlicet & proximi. R est autem charitas per catenulas aureas significatur, quia sicut catenula ex plurimis auri virgulis contextitur, ita charitas ex multifaria virtutum operatione perficitur, quas virgulas Apostolus enumerat 1. ad Corinthios 13. cum ait, Charitas potens est, benigna est, non simulatur, &c. Sunt etiam anuli aurei à quibus catena dependet, id est, iugis memoria nunquam finienda gloria in caelis, ex qua memoria fit, ut maneat in nobis continua vincula caritatis. Duo vincini quibus inferuntur catena, sunt firma intentio Deo placendi in principio boni operis, siue prospera siue, adversa occurrant: hoc est enim in utroque humero esse vincinos, qui catenulas Rationalis excipiant. Haec Beda. Quibus addi potest propterea catenulas ex humeris dependere, quia amor operibus demonstratur quae per humeros exprimuntur.

Non displicet etiam Ruperti Abbatis expositio zonam auream auctoritatem Christi regiam interpretantis, ab omni miseria & mortalitate liberam, de qua Regius Yates ait Psalm. 92. Dominus regnavit, decorem induens est: induens est dominus fortitudinem & praecinxit se. Decorem, inquit, & fortitudinem qua induens est, qua praecinxit se Dominus regnans, regno peccati destructo, & superata morte per zonam auream intelligimus, qua nunc apparet ad mammillas praecinctus, cur enim ad mammillas, quarum in medio locus est cordis, nisi ut talis praecinctura significet vitalem statum quem Christus nunc habet, quia nimirum iam Rex est immortalis, iuxta illud ad Romanos 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Itaque tria demonstrata sunt Ioanni, nimirum esse similem filio hominis, id est hominem: esse vestitum podere, id est sacerdotem esse praecinctum ad mammillas zona aurea, id est regem esse.

Accipe & quartam expositionem. Qui opus aliquod aggressus est, solet vestes praecingere, ne impedimento sint: Christus igitur in hoc opere Ecclesiam administraturus praeciptaque & instructionem daturus Episcopis, praecingit se ad opus alacriter promptaque perficiendum: ad mammillas autem praecingitur ubi sedes est cordis, ut Ecclesiae administrationem ex amore proficisci intelligamus.

De capitis, & capillorum candore, variae expositiones.

Caput autem eius & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix.

SECTIO VIII.

I.
Prima expo-
sicio commu-
nis.
1. ad Cor. 11.
3.
Cant. 5. 11.

Caput eius, & capilli ait Ioannes, erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix. Prima expositio, & communis est, isto capitis & capillorum candore, Christi quatenus Deus est, aeternitatem, diuinitatemque significari. Etenim caput Christi, Dense est, ut ait Paulus 1. ad Corinthios 11. & eodem sensu, Can-

substantia non sunt, sed de eius tamen virtute procedunt: Ita sancti quamvis sub-
stantiam Divinitatis non participant, virtutem tamen gratia à Christo hauriunt.
Tertio. Quia heri rasi capilliterum pullulant, quia radices in capite remanent,
ita fideles etiam à capite suo, id est, Christo, per peccatum aliquod abscedantur,
quia tamen fidei radices remanent, possunt per gratiam denuo succrescere.

Quinta expositio est Richardi de sancto Victore, qui per capillos Christi intel-
ligit creaturam rationalem, quae à capite Christo originem trahit & crescendi
vegetationem accipit. Et quidem per lanam, quae de terrenis animalibus oritur,
naturam humanam: per niuem, autem, quae de supernis est, Angelicam signifi-
cari putat: simul adverte hunc candorem, quem caput habet per naturam, ca-
pillos habere per gratiam.

Sexta est ex D. Augustini, de Cirina desumpta, iuxta quam possumus per ca-
pillos Christi sacramenta intelligere: sic enim ille tractatu 57. in Ioannem, inter-
pretatur illa verba Cantorum 5. *Aperi mihi soror mea, quia caput meum repletum
est rore, & crines mei guttis nocturni. Nox, inquit Augustinus iniquitas est, ros vere eius,
& guttae, qui sunt qui frugesunt & cadunt, & faciunt refrigerare caput Christi, hoc est, ve-
ra non ametur Deus. Caput enim Christi Deus 1. ad Corinth. 11. sed portantur in crinibus, id
est, in sacramentis visibilibus tolerantur, nequaquam tamen inter se sensus attingunt: Cui
expositioni congruit illud, quod de Sampson dicitur Iudic. 16. Quod in septem
crinibus maximam vim haberet fortitudinem: quibus resectis fortitudo ab eo
recessit. Etenim in septem sacramentis quasi in septem crinibus Christus suam
fortitudinem ostendit, quia ea ad gratiam communicandam instituit, quae cum
haeretici negant, quasi Christo fortitudinem excindere moliantur.*

Septima est Ioachimi, per capillos candidos, iudicia Christi mundissima, ac iu-
stissima accipientis, iuxta illud Esaiæ 55. *Non enim via mea est via vestra, neque cogita-
tiones mea, cogitationes vestrae: lana autem & nivi comparantur, quae naturaliter, al-
ba sunt: quia Deus quidem natura, homo autem Dei gratia iustus est.*

Quamnam ex superioribus expositionibus sit praestantior,
aliaque ab auctore proponitur.

SECTIO IX.

EX omnibus his expositionibus, prima mihi excellere videtur quae caniciem
Oetava. Dicitur agitur, in capillorum candore puritatem vitae Christi, expres-
sam esse, tunc enim puritas perfectissima est cum capilli omnes, id est, omnes co-
gitationes candidissime sunt, ac purissimae. Per capillos, enim cogitationes op-
timum aure significatur, quae instat capillorum ex capite, hoc est ex ratione pul-
lulant. Triplex autem est purissima huius similitudinis ratio. Prima est, quia cogi-
tationes, instat capillorum tenuissimae, ac subtilissimae sunt, quas propterea diffi-
cile admodum est sibi et se discernere, ac adiudicare. Atque hoc sensu interpreta-
ri solet illud Cantorum 4. *Vulnerasti cor meum soror mea, sponsa, vultu tuo, cor meum
in uno de oculis tuorum, in uno crine colli tui: quod nimirum Beata, & Virgo bea-
tissima, vel in minimis cogitationibus, in quibus propter tenuitatem labi est facil-
limum, cor sponsi vulneraverit, hoc est, ei maxime placuerint. Sic etiam pos-
sumus accipere illud Christi dictum Apostoli, Luca 12. *sed, & capilli capitis ve-
stri omnes numerati sunt. Et cap. 12. Capillus de capite vestro non peribit: quia videli-
cet nulla bona sanctorum, vel minima cogitatio deperit, sed omnes curiose à
Deo**

Quinta ex-
positio ex
Richard.
Victor.
VI
Sexta expo-
sitis desumi-
tur ex D. Au-
gusti doctri-
na
1. ad Corint.
11. 4.
Iudic. 16. 19.
In sacramen-
tis, Christi
fortitudo.
VII
Septima ex-
positio ex
Ioachimo.
Esai. 55. 8.
Deus naturae
iustus.
Oetava ex-
positio auto-
rum.
Puritas vitae
in quo confi-
stat.
Cognitiones
capitis com-
parantur ab
vita.
Cantic. 4. 9.
& 10.
In corde cur-
sionis spon-
sum vulner-
averit.
Luc. 12. 7.
Idem 21. 1.

Deo numerantur, ut remunerentur. Secunda ratio est. Quia cogitationes quasi capilli continuata quadam vicissitudine & alternatis vicibus in corde succrescunt. Quae ratio est D. Gregorij lib. 7. Moralium 23. in illa verba, capitis quarti. *Inhorradant omnes pilos carnis suae. Operter, inquit, Leuitas omnes pilos carnis radere, quia is qui in obsequijs Diuinis assumitur, debet ante Dei oculos a cunctis carnis cogitationibus mundum apparere: sed cur pilis radi precepti sunt non euelli? quia rasi pilis in carne radices remanent, & crescant, ut iterum radantur. Sic enim magno quidem studio superfluae cogitationes ampuanda sunt, sed rariam amputari funditus nequaquam possunt, quia semper caro superflua generat, quae semper spiritus ferro sollicitudinis praecidat.* Tertia ratio est. Quia cogitationes ferè, ut capilli, superfluae cancae sunt in nobis, & ex rebus inanibus, quasi ex humorum faece generantur, atque hinc factum est, ut capilli pro superfluis rebus, & inutilibus usurpentur, unde bona temporalia capilli appellantur, quia superflua censenda sunt, ad quae deo propter Deum refecanda. Quomodo admodum docet D. Augustinus in illa verba Psal. 51. *Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Quid faciunt, inquit, sancti mali capillos radunt, nam isti capilli superflua rerum temporalium significat, quia enim sine sensu praeciduntur, illi, qui Deo adherent, sic habent ista terrena tanquam capillos, quod autem de ipsis capillis boni aliquid fieri possit, significauit mulier illa peccatrix. Lucae 7. quae cum tenuisset super pedes Domini capillis suis terxit, quod lacrymis rigauerat, significans, quia cum miserus fueris alicuius, debes & subuenire si potes, cum enim miseris, tanquam lacrymas fundis, cum subuenis, capillis tergis.* Haec Augustinus. Habet igitur Christus capillos candidos, tanquam lanam albam, ac niuem, quia habet cogitationes purissimas, & insita puritate candidas, instar videlicet lanae albae, ac niuis, quae innatum habent candorem. Nec vero capilli Christi candidi dumtaxat sunt propter puritatem, sed etiam aurei propter excellentiam sanctitatis, quod videtur allusisse sponsa eum dixit Canticorum 5. *Caput eius aurum optimum, ex capite enim aureo non nisi aurei capilli nasci possunt.*

Verum huic capillorum candori opponi videtur illud Canticorum 5. ubi II. sponsum capilli nigerrimi depinguntur illis verbis: *Coma capitis eius sicut elatae palmarum, nigrae quasi cornus.* Ceterum respondemus ibi etiam pulchritudinem sponsum, vitaque eius puritatem, mirifice describi. *Elatae enim palmarum* plerisque videntur esse crispantes illi palmarum ramusculi, qui pulcherrimi sunt, quos cincinnati & calamistrati capilli videntur imitari. Rectè igitur palmarum ramusculis sanctitas Christi comparatur, quia per eam de omnibus suis hostibus palmarum tulit, ac victoriam reportauit. Quod vero ad capillorum nigredinem attinet, ea pulchritudinem notat, niger enim capillus & crispus commendari solebat apud Palaestinos. Secundo. Dicimus, sicut capillorum candor summam Christi puritatem significat, ita nigredinem indicare, eam esse obscurissimam, hoc est, quae explicari, comprehendique non possit. Hoc enim eodem sensu Theodoretus in commentarijs suis super Cantica nigredinem capillorum ad mysterium incarnationis retulit. *Ex capite, inquit, illius fluentes gratias, mea quidem sententia emas vocat, elatae enim sunt fructus palmarum masculinarum qui feminis adiuncti tempestuosos etiam illarum fructus fieri curant. Quoniam igitur, qui Christo crediderunt, varijs ipsius muneribus fluentes, pietatis fructum ferunt, merito coma eius elatae comparantur. Dicuntur autem nigrae, ut per profundum & obscurum colorem abditae & inaccessae incarnationis eius ratio declaratur. Tercio. Merito hic, & Danielis 10. Canis apparet, quia iudicem refert, in quo, necessaria est rerum omnium experientia, & cognitio quae per canicem exprimitur. In libro autem Canticorum, sponsus Ecclesiae*

Secunda ratio D. Gregorij.
 Temporalia ut capilli refecanda.
 D. Augustin.
 Psal. 51.
 Pedes Domini lauat, qui pauperam miseretur.
 Christi puritas & sanctitas.
 Cant. 5. II.
 Christiferae Elatae incomprehensibilis Theodoret.
 Daniel. 10.
 Necessaria rerum cognitio in iudice.

VIEGAS
 IN
 APOCALYPTICA
 17
 23



representatur pulcherrimus, ac propterea non canus, id est, senex, sed speciosus iuuenis de pingi debuit, in quem quadrat illud Psalm. 44. *speciosus forma pro filijs hominum.* Quartam reipsonem continet expositio trium Patrum, quæ per comas intelligit bonas Dei voluntates ab unigenito filio per incarnationem & passionem perfectas, quæ naturaliter, ut capilli, tegunt unum principium & causam rerum visibilium, *nigra* autem dicuntur quasi *coruus*, id est, maxime, quia imperuestigabili diuinorum iudiciorum ratione, mentis oculos in cõtemplatione corroborant. Nam ut color albus aspectum dilgregat, dissipatque: ita niger congregat, & confirmat.

Oculi Dei
iudicia.

Cur oculi eius tanquam flamma ignis.

Et oculi eius tanquam flamma ignis.

SECTIO. X.

I. **N**EQVE etiam in oculorum expositione interpretes consentiunt: primum Rupertus, per istos oculos illuminationem, & inspirationem illam intelligit, quæ Christus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: quæ illustratio rectè flamma ignis dicitur: quia *Deus noster ignis est*, Deut. 4. ex quo hæc flamma procedit, quæ nos illuminat, ne in tenebris versemur. Secundò Richardus de S. Viçt. in eundem ferè sensum, sed paulò fustius, *Flamma*, inquit, *ignis lucē & calorem tribuit, terrorem incutit, & exurit, oculi igitur eius flamma ignis sunt, quia electos respiciens illustrat luce sapientia, calefacit amore iustitia, reprobos autem respiciens terret feracitate comminationis, & incorrectos exurit incendio damnationis.* Tertio, Primasius, Prouerb. 6. *oculos, præcepta Dei interpretatur, quæ lucosa, & lux appellantur, Prou. 6. & ignis, Psalm. 118. Ignium eloquium tuum vehementer.* Et de Ioseph dicitur Psalm. 104. *Eloquium Domini inflammat eum.* Quarto, Beda, concionatores accipit, qui igne spirituali suæ doctrinæ fidelibus lumen, & infidelibus præbent incēdium. Quinto, Ambrosius Ansbertus septem dona Spiritus sancti esse opinatur, quæ existimant Christi oculos appellari, cui expositioni concinit illud Zachar. 3. *Ecce lapis quem dedi coram Iesu, super lapidem unum septem oculi sunt, ecce ego calabo sculpturam eius, ait Dominus exercituum.* Et cap. 4. *Videbunt lapidem stannicum in manu Zerobabel, septem sunt isti oculi Domini qui discurrunt in omnem terram.* Quo loco D. Hieronym. & Rup. per septem oculos, septem Spiritus sancti dona accipiunt.

Rupertus.
Deut. 4.
Rich. Viçt.
Christus ut
flamma ter-
ret reprobos,
illuminat
electos.
Primasius
Prouerb. 6.
Psalm. 118. 40.
Psalm. 140. 19.
Beda.
Concionato-
res Christi
oculi.
Amb. Ansb.
Zach. 3. 9.
Zach. 4. 10.
D. Hieron.
Rupertus.

Sententia
auctoris.
Christi pro-
uidentia in
Ecclesiam.
Ad Hebr. 1.
4. 17.
Duplices Dei
oculi.
Oculi fenest-
re mentis,
ex Aug.

II. Nobis videtur hoc loco per *oculos* intelligendam esse prouidentiam cum summa rerum omnium cognitione coniunctam, quo Christus Ecclesiam vniuersam administrat, ut enim oculi in omnem partem se versant, & omnia etiam vel maxime seiuncta facile cernunt, sic prouidentia diuina omnia peruadit, ac disponit, iuxta illud Sap. 8. *Attingit à sine usque ad finem fortiter & disponit omnia suaviter.* Et ad Hebr. 4. *Omnia sunt nuda, & aperta oculis eius.* In quod etiam significatur cum dicitur, *Tanquam flamma ignis.* Ignis enim subtilissimus est, & in omnia se facile insinuat. Huius autem prouidentia duo sunt potissimum effectus, qui etiã per flammam ignis significantur, solet enim Deus quosdam beneficiis illuminare, alios supplicis terrere. Quã ob causam duplices Deo oculos tribuunt scripturæ sacræ: Vnos misericordia, cõminationis alteros plenissimos. Ratio verò est, quia maxime in oculis affectus animi cernuntur, vnde D. Aug. in Psalm. 41. *oculos fenestras mentis appellat. Oculi, inquit, membra carnis sunt, fenestra sunt mentis, interior est qui per eas videt, quando cogitatione aliqua absens est, frustra patent.* De prioribus oculis intelli-

intelligendum est illud Psal. 32. *Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.* Et Psalm. 65. *Quid dominatur in virtute sua in aeternum, oculi eius super getes respiciunt.* Et illud Psalmi 33. *Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum.* In quem locum D. Augustinus: *Forse, inquit, dicunt mali, ergo secum facio mala, quia non super me sunt oculi Domini, ad iustos Deus attendit, me non videt: Audi quod sequitur: vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoria eorum.* Eiusmodi oculos ad se conuerti postulabat Regius vates cum dicebat Psal. 24. *Respice in me & miserere mei.* Eodem laudat sponsa Cant. 5. cum ait: *Oculi eius respiciunt columba super riuulos aquarum, quae lacte sunt lota, & resident iuxta fluentia plenissima.* Oculi columbarum comparantur propter dona Spiritus sancti, quae communicantur ijs, quos huiusmodi oculis intuetur: coluba enim symbolum est Spiritus sancti, qui Matth. 3. in specie colubae descendisse dicitur: dicuntur autem hae columbae lacte lotae, propter innocentiam & puritatem, quae ex ijs donis promanat, de ijs de oculis illud etiam intelligendum est Psal. 10. *Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebrae eius interrogant filios hominum.* In quem locum D. Hieronymus. *Ad quid, inquit, respiciunt ad adiuvandum? Quibus autem hoc loco notanda est palpebrarum interpretatio, quam affert D. Gregorius. lib. 28. Moralium cap. 5. ubi docet per palpebras intelligenda esse diuina iudicia, cuius similitudinis rationem his verbis complectitur. Palpebris, inquit, aperti cernimus, clausi nihil videmus. Quid ergo per palpebras Dei nisi eius iudicia accipimus, quae iuxta aliquid clauduntur hominibus, & iuxta aliquid reserantur? Vnde Paulus ad Rom. 11. *O altitudo, inquit, diuitiarum sapientiae, & scientiae Dei.* Ecce enim absconditis mysterijs, quasi clausis palpebris, inquisitus: placita ac recta respondit, qui secreti adytum pulsans: quia per cognitionem intromitti ad interiora non valuit, per confessionem ante ianuas humilis stetit: & quod intus comprehendere non potuit, foris timendo laudauit.*

De posterioribus vero oculis est sermo Esaie 3. *Nolite me constituere principem populi: ruit enim Hierusalem, & Iuda concidit, quia lingua eorum & adinventiones eorum contra Dominum, ut provocarent oculos maiestatis eius.* Quo loco est ad litteram sermo de peccato Iudaeorum quod in nece Christi susceperunt, & de supplicio, quo Deus in eos ob tam execrandum facinus vindicauit: *Ideo, inquit Hieronymus, dicit nullum velle praesse populo peccatori, quia contra Dominum blasphemaucrunt, & clementissimum Dominum furere lingua sua ad amaritudinem prouocauerunt.* Iuxta quam expositionem oculi in posteriori acceptione vsurpatur: sed videtur mihi praeterea loci expositio, appellasseque illum oculos maiestatis Iehouah, id est, Patris, propter amoris illius magnitudinem, quo Pater Christum complectitur, eumque tanquam suos ipsius oculos charissimum habet: cum qua expositione cohaeret aliorum translatio, ita locum reddentium, *Et adinventiones eorum contra Dominum ad laedendos oculos claritatis ipsius: verè enim Iudaei cum Christum laedebant, ipsosmet oculos laedebant maiestatis Iehouah, quippe qui Filium tanquam in oculos suos diligebat.* Quam eandem ob causam Paulus Christum appellat filium dilectionis ipsius Patris, ad Colossenses 1. *Gratias agentes Deo, & Patri, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filij dilectionis suae: Grati vsq; vobis & pateris auctus, hoc est, ipsius Patris: sed ut ad iustitiae oculos reuertamur, de illis etiam loquitur Iob cap. 7. cum ait: *Oculi rui in me, & non subsistam.* Cuius loci duplex est sensus. Vnus vix ad me oculos conuertes, ut subleues, cum animam eslabo: quare matures*

opus est, si mihi opem afferre vis. Alter iram tuam, quæ oculis declaratur, amplius perferre non potero, nam si me seueriori vultu aspexeris, exanimatus cecidam. Eodem sensu dixit Regius vates Psal. 9. *Conteret brachium peccatoris, & maligni, quæretur peccatum illius & non inuenietur*, id est, simulatque impium ad iudicium vocauerit, & peccatorum illius examen instituerit, non inuenietur, peribit enim nec audebit in iudicio comparere. De his oculis accipe quoque illud Hierem. 1. 11. cum vidit, *Virgam vigilansem*, id est, oculatam, seu oculos habentem: & dixit Dominus, *Bene vidisti: quia vigilabo ego super verbo meo, ut faciam illud*. In quem locum D. Hieronymus. *Vigilar*, inquit, *virga cuncta populi peccata considerans, ut percussat, & corripiat delinquentes. Vnde & Apostolus scribit peccantibus. 1. ad Corinthios. 4. Quid vultis, in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis?* Aduertit autem pro *Virga vigilans*, Septuaginta, *Baculum nucum*, Theodotionem verò *Virgam amygdalinam* translulisse. Quia quemadmodum nux siue amygdalum habet amarissimum corticem, & testa durissima circumdatur, vt detractis aterioribus, fructus dulcissimus reperitur: Sic diuina correctio amara quidem videtur ad præfens, sed fructus parit dulcissimos.

Cur pedes eius similes aurichalco, & chalcolibano, in camino ardenti apparuerint?

Et pedes eius similes aurichalco sicut in camino ardenti.

SECTIO XI.

I. ADMIRABILISANÉ sapientia suū hoc opus contextit Ioannes: sicut enim in Euangelio nunc de Christi diuinitate, nunc de humanitate disputat: ita in hoc quoque opere sapientissimè vtiusque in Christo naturæ coniunctionem, atque operationem describit, primumque hoc loco cum paulò ante ad Christi caput, hoc est diuinitatem, & instar aquilæ sublimi volatu ascendisset, nunc rursus ad pedes, hoc est ad humanitatem describendam quasi depressis, demissisque alis descendit, quod scribendi artificium eleganter expendit Petrus Damian. Serm. 1. de excellentia Ioannis Euangelistæ. *Beatus*, inquit, *Ioannes alternato sua narrationis ordine modo Diuinitatem Christi sublimiter intonat, modo quæ humanitatis sunt plane quodammodo humiliter assenerat. In principio, inquit, erat verbum, Ecce aquila Dei ad Cæli verticem sublimiter euolat, sed ad escam carnis necesse est, vt pressis alis aliquando in imis submissa descendat, vnde & paulo post, quid subdat audite, Et verbum, inquit, caro factum est, & habitauit in nobis. Tum idem pulchrè testimonio ex Cant. illustrat, Hanc, inquit, diuersitatem humanitatis, atque diuinitatis vnire sibi mer arque inconfuse sponsi de sponso dicit in Cantico. Venter, inquit, eius eburneus distinctus sapphiræ: Ebur dens est elephantis quod animal fertur esse castissimum, venter ergo eburneus est sponsi, quia suscepta redemptorū humanitas, ab omni peccatorum contagio casta prorsus & inuiolata pertransiit, sapphirus autem lapis est ferens Cæli habens colorem, vnde & in visione domini dicitur. Erat sub pedibus eius, quasi opus lapidis sapphirini, & quasi Calum cum serenum est: per sapphirus ergo per diuinitatis intelliguntur, quæ in carne Dominus ostendebat: Venter ergo sponsi distinctus erat sapphiræ, quia Christi humanitas diuinis virtutibus, resurgebat: nec plenus sapphirus esse dicitur, sed distinctus, ita videlicet, vt inter sapphirus candor eborū appareret, quia sic Dominus ex parte hominis assumpti operabatur humana, vt nihilominus ex parte deitatis ostenderet & diuina. Hoc itaque modo beatus Ioannes quasi eburneum ventrem sponsi sapphirus distinguit, dum aliquando diuinitatis alia, aliquando humanitatis in forma describit.*

Hæc

Haec ille. Sic igitur hoc loco cum altitudinem diuinitatis, hoc est caput descrip-
sisset, iam mox eius ad pedes, hoc est ad infima humanitatis recurrit, inuisitāque
horum pedum vel inter ipsos flammatarum globos durantium fortitudinem cum
summo splendore, odoreque coniunctam describit dicens, *Et pedes eius similes au-
richaleo sicut in camino ardenti.* Illud porro meminisse oportet ex superioribus Græ-
cè in multis exemplaribus esse ὁμοιοι χαλκολιβάνω, id est, similes *chalcolibano*,
& εὖς ἐν ἡμίονο πεπορώμενοι, id est, tanquam in camino igniti.

Primum igitur Rupertus, cuius expositio nobis maximè probatur, per hos pe- II.
des Christi humanitatem accipiendam esse arbitrat, sicut per caput eius Diui-
nitas intelligitur. ad Cor. Quam ipse expositionem his verbis proponit. *Humi-*
nitas, inquit, *Christi aurichaleo similis dicitur, sicut in camino ardenti: quia quemadmo-*
dum aurichaleum multis ignium impendij ad colorem auro perducitur, ita Christi humanitas
per multas tribulationes perducitur ad gloriam maiestatis, iuxta illud (Luc. ult.) Nonne hæc
oportuit pati Christum, & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam? Addit Pan-
nonius, rectè *Chalcolibano*, id est, æri, & thuri comparari: quia Christi ad patien-
dum pro hominibus desideria instar æris, erant fortissima, quæ scilicet morti non
cederent, & instar thuris odorifera, quorum nimirum odor fide sentitur, iuxta
illud Cant. 1. *Trabe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum*, simul aduer-
tit posse quoque pedum nomine mortalis vitæ Christi finem intelligi, qui in ca-
mino ardenti fuisse dicantur, propter illustriora quæ tunc præbuit amoris argu-
menta, iuxta illud Ioann. 13. *In finem dilexit eos.*

Alia quoque ratio huius similitudinis afferri potest, quia videlicet humanitas
non aurum fuit, sed aurichaleum, non ipsa in se aliquid diuinitatis habens, sed
propter maximam, tamen ratione vnionis hypostaticæ, cum diuinitate coniun-
ctionem, eximio quodam fulgore, vt ignitum aurichaleum rutilans: id quod
etiam per Chalcolibanum non obscure indicatur, quod genus electri est, vt di-
ximus. Hac enim potissimum de causa Christum electrum appellari. Ezech. 1. cū
dicitur, *in medio eius quasi species electri*, docet D. Greg. homil. 2. in Ezechiel. *Electrum*,
inquit *ex auro & argento est* (loquitur Greg. de electo artificiali, cuius meminit
Plin. lib. 33. cap. 4.) atque adeo dum aurum, argentumque miscentur, argentum à claritate
crefcit, aurum vero à suo fulgore pallefcit: illud ad claritatem proficit, hoc à claritate temperat.
Igitur in vnigenito Dei filio natura diuinitas vnica est tanquam auro, natura nostra tanquam
argentum, in qua adunatione humanitas in maiestatis gloriam excreuit; Diuinitas vero à sui
fulgoris p. tenuitate humanis se oculis temperauit: per hoc enim quod humana natura clarior facta
est, quasi per aurum creuit argentum, & quia Diuinitas à fulgore suo nostris est aspectibus
temperata, quasi aurum nobis palluit per argentum. Hac Gregorius. Rectè autem ad-
ditur, *sicut in camino ardenti*, tum propter passionis ignem, in quo Christi huma-
nitas arsit, tum propter charitatis ardore quo aduersum homines fuit inflamma-
ta. Vnde Græcè vt annotauimus est, εὖς ἐν ἡμίονο πεπορώμενοι, id est, tanquam
in camino igniti: vtriusque naturæ societas per Chalcolibanum etiam exprimi-
tur, si illud non electrum, sed æris, ac thuris permixtionem iuxta eius etymon
velis scire, etenim iuxta hanc etiam expositionem humanitatis vnio cum Di-
uina natura per Chalcolibanum optimè significatur, habuit enim Christus, na-
turam duplicem, vnā diuinā, thure, quo diuinitatem colimus expressam, hu-
manam alteram per æs, quod in passionis caminum mittitur figuratam.

Hanc pedum expositionem commemorans Arethas, citansque D. Greg. ait,
Iesum Deum & hominem pedes habere, quia nonnulla diuinitate, sed per
carnem ad nos accessit. Chalcolibanum verò dici, siue in monte Libano

Rupert.
I ad Cor. 11.
Vt per. cap.
diuinitas
Christi, sic
per pedes
eiusdem hu-
manitas si-
gnificatur.
Pannonius.
Cant. 1. 4.
In fine ma-
ra amoris ar-
gumēta præ-
buit Christus.
Ioann. 13. 1.
III.

Ezech. 1. 4.
D. Greg.
Plinius.

Tanquam
auro argen-
tum, natura
diuine hu-
mana vnica
est.

Charitas
Christi ad-
uersum ho-
mines.

III.
Arethas.
Per humani-
tatem Chri-
sti diuinitas
ad nos acco-
ssit.



fabrefactum, quandoquidem monti Libano propter celsitudinem est similis, siue etiam intelligendus est libanus: æris, speciem habens, quem Medici masculum appellant, qui & ipsi igni similis suffumigationes suavis odoris emittit. Quod enim suavis odor sit Christus sponsa in Canticiis consuetur c. 1. cum ait, *Meliora sunt verba tua vino, fragrantia unguentis optimis*. Et ipse Christus, de seipso loquens ait, *Ego flos campi, & lilium conualium*. Cant. 2. Flos enim duo habet, pulchritudinem videlicet, & odorem. Itaque primum ex hoc loco intelligimus, quicquid pulchritudinis est in Ecclesia à Christo tanquam à flore pulcherrimo proficisci, ipse enim flos est qui rubet in martyribus, candet in virginibus, rutilat in doctis, pallefcit in pœnitentibus, viridis est in confessoribus. Deinde eiusdem Christi suavissimum odorem, ut rectè dicere Paulus potuerit 2. ad Cor. 2. *Christi bonus odor sumus Deo* Græcè εὐὸς, id est, *Fragrantia*, qua duplici de causa lilium quoque ibidem appellatur, in quo singularis pulchritudo nitet cum suavi odore coniuncta.

V. Est præterea (ut hoc etiam dicamus propter vtriusque naturæ in Christo vniōnem, quam in hoc loco in chalcolibano significari docuimus) lilium candidum simul & aureum, in quo duplex Christi natura designatur, humana quidem in colore candido propter puritatem: Diuina autem in aureo propter dignitatem. Ad hæc, quemadmodum in lilio tria ista quasi grana aurea, seu fila aureum colorem præferentia, quæ intra folia candidissima delitescunt, non statim erumpunt, sed tunc maximè cum folia magis explicantur: ita amor Christi aureus erga homines, potentiaque eius ac Diuinitas tunc maximè effulserunt, cum Christus viscera sua per passionem explicauit. Vel si malis, tria grana aurea, id est, Trinitatis mysterium tunc explicatius cognitum est, cum Verbum in carne apparuit. Rectè igitur propter odorem humanitas Christi Chalcolibano similis perhibetur. Denique iuxta hanc expositionem aduertendum est, pedes Christi non in igne absolute, sed in camino ardenti, qui magnam vim ignis continet, apparuisse, ut intelligamus Christi humanitatem non quolibet, sed maximo igne charitatis erga homines exarsisse: hoc enim camini & ignis discrimen obseruauit D. Gregorius homilia 2. in Ezechielem expendens illud Esaiæ 31. *Paruit Dominus cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Hierusalem*, Plus, inquit, est caminum esse, quam ignem, quia esse ignis & paruis potest: in camino autem vastior flamma succenditur, Sion vero speculatio, Hierusalem visio pacis dicitur, pacemque nostram hic interim speculamur, ut illic post modum plene videamus. Ex amore ergo Domini, in Sion ignis, in Hierusalem est caminus, quia hic amoris eius flammis aliquatenus ardemus, ubi de illo aliquid contemplamur, sed ibi plene ardebimus ubi eum videbimus quem amamus. Atque hæc de prima expositione.

Christus candidus simul & aureus.

Quanto amoris igne exarsit Christus. D. Gregor. Esai 31. 9.

VI. Secunda expositio, per pedes Christi, nouissimi temporis fideles intelligit quæ est D. August. Bedæ, & Primalij: Porro hi pedes in camino ardenti esse perhibentur propter persecutionis tunc naturæ vehementiam, cui sanè conuenit antichalci similitudo, quod ex ære, multo igne adhibito, a colore aureo perducitur. Ideo autem inquit, *Libani sit mentio, qui mons est in Palestina, ut significetur ibi potissimum fidelium persecutionem ultimo tempore exarsuram*: quæ pars expositionis posterior nobis non probatur, quoniam libanus hoc loco non pro monte Libano, sed pro thure sumitur, ut iam in superioribus diximus, cum chalcolibanon, & ære, & libano mixtionem sonet, ineptè autem aliquid ex ære & monte Libano mixtum & compositum esse credatur.

Nouissimi temporis fideles, pedes Christi. D. Augustin. Bedæ. Primalij.

VII. Tertia expositio est Arethæ & aliorum, nomine pedum Apostolorum & prædicatores accipientium, quibus Christus seu pedibus orbem peragrat: Propterea enim

Areth.

enim

enim Ezech. 1. Christus super firmamentum, quod impositum erat capitibus il-
 lorum quadriformium animalium, id est, Euangelistarum, & Apostolorum visus
 est ut eum per vniuersum terrarum orbem quali victorem & triumphante aspor-
 tarent. Eodemque sensu dicitur Habac. c. 3. *Quia ascendit super equos duos, & quadri-*
gatus saluatio. Quem locum de Apostolis interpretatur D. Ambros. lib. de Na-
buth. c. 15. Agitavit, inquit, Christus Apostolos suos, quos per diuersa mundi direxit, ut
toti orbi Euangelium predicarent, ascendit enim eques non tantum ut sedeat, sed ut regat.
 Sic etiam D. Hieron. in comment. super Habacuch. *Ascendit, inquit, in Paulo,*
ascendit in Petro, & in huiusmodi curribus, equitans totum illustravit orbem, inten-
dens quoque arcum, sine sagittis, sceptris, id est, regna Diaboli destrinxit: unde subdit,
suscitans suscitabis arcum tuum: sens. ut 70. transferunt, Intendens extendens arcum
tuum super sceptris. Eodem modo D. Greg. lib. 4. Mor. cap. 13. intellexit illud
eiusdem cap. Niam fecisti in mari equis tuis, in ludo aquarum multarum, id est, apperui-
sti iter, predicatores tuis inter doctrinas huius seculi, sordida, & terrena sapientes.
 Quia igitur Christus per Apostolos & predicatores orbem peragrat, recte illi
 pedes ipsius appellantur, & habes apud Esai. c. 52. *Quam pulchri super montes pe-*
des annunciantis, & predicantis pacem: annunciantis bona, predicantis salutem: dicen-
ti sion, regnabit Deus tuus. Quo testimonio vsus est Paulus ad Romanos 10.
 cum de predicatores ageret, mirum vero multis videtur, quod 70. interpretes,
 pro eo quod D. Hieronymus vertit, *Quam pulchri, ipsi transferunt, & s̄pa, quae*
 dictio horam, diei partem significat: sed non aduertunt, idem nomen significare
 pulchritudinem & venustatem, unde & deducitur *ἡσπερος* id est pulchrum: quare
 ille redditur sensus, *sicut pulchritudo super montes, pedes annunciantis & predicantis pa-*
cem. Eosdem pedes intellexit spona Canticorum 5. cum dixit. Crura illius co-
lumnæ marmorea, quæ fundatae sunt super bases aureas, Apostoli namque & predica-
tores sunt veluti columnæ quædam, quibus nititur Ecclesia ædificium, marmorea na-
propter candorem vitæ: fundatae super bases aureas, quoniam super duplicem amoris
basem, Dei videlicet & proximi sustententur. De iisdem quoque pedibus mysticè
interpretatur D. Gregorius lib. 19. Moralium cap. 10. illud Iob. 29. Quando laua-
bam pedes meos butyro. Pedes, inquit, Domini predicatorum sunt. Butyro ergo pedes lauantur,
quia predicatorum sancti bonorum operum pinguedine replentur, & quia vix ipsa predicatio
sine aliquo transitur admissio: nam quilibet predicans, aut ad quantulamcumque indignatio-
nem trahitur, si contemnitur, aut ad quantulamcumque gloriam, si ab audientibus colitur.
Unde & Apostolus pedes lorii sunt, ut à quamlibet paruo contagio in ipsa predicatione con-
tracto, quasi à quodam in itinere collecto puluere mundarentur: vel certe butyro pedes lauan-
tur, cum sanctis predicatoribus debita ab audientibus stipendia conferuntur, & cum de ipsa
predicatione fatigati auditorum suorum bonis operibus fouentur, non quod ideo predicent, ut
alantur, sed ideo alantur, ut predicent: hoc butyro vnctus fuerat Paulus, qui in catena tene-
batur, dicens 2. ad Timotheum 1. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sepe
me refrigeravit. Haec D. Gregorius.

Ezech. 1.
 Predicatori-
 bus seu pedi-
 bus orbem
 peragrat
 Christus.

Abr. 3. 8.
 Ambros.
 Hieron.
 Equitavit in
 Apostolis
 Christus.

D. Gregor.
 Abac. 3. 5.

Ad Rom. 10.

D. Hieron.

Cant. 5. 15.

Apostoli Ec-
 clesie colum-
 nae.

D. Gregor.
 Iob. 29. 6.

Consignato-
 res alantur,
 ut predicent.

Hic igitur pedes similes sunt aurichalco. Primo, propter predicationis sonum, VIII.
 est enim aurichalco maxime sonorum, iuxta illud Psalmi 18. *In omnem terram*
exiit sonus eorum. Secundo, quia ut ait Paulus 1. ad Corinthios 13. Quamuis præ-
dicator linguis hominum loquatur, & Angelorum, si charitatem tamen non
habeat, factus est velut æs sonans, aut cymbalum tinniens, propterea non æri
*predicatores comparantur, sed aurichalco, quod aurum refert: & præterea in can-
 no ardenti seu igniti, apparuerunt, quæ omnia charitatē significant. Alio qui quem-*
admodum æs sonans, ipsum quidem tunditur, & consumitur, & aliis est audita

Psal. 18. 5.

1. ad Cor. 13.

Consignator
 sunt æribo,
 charitate ar-



iucundum & utile: ita prædicator si charitatem non habeat, ipse quidem fatigatur, & consumitur, totaque utilitas in alios redundat. Vnde Ezechielis 1. de illis quatuor animalibus, quæ Euangelistarum ut paulò ante diximus typus, fuerunt de sententia Iesæi, libro 3. contra hæreses, & D. Gregorij homilia 3. in Ezechielem dicitur. *Est scintilla quasi aspectus aris candentis: (Quod de facie animalium intelligendum est) Bene inquit Gregorius, as candens dicitur, quia vita prædicantium sonat & ardet: ardet enim desiderio, sonat verbo: as ergo candens est prædicatio accensa; propterea etiam ad Esaiam volauit unus de Seraphim habens in manu calculum, quem forcipe tulerat de altari: Eoque Propheta linguam mundauit simul & acendit, ut refertur Esa. 6. Vbi aduerte pro calculo, esse in Hebræo רִטְפָּה ritphah, quod nomen non solum calculum significat, quemadmodum venterunt Aquila, Theodotio, & Vulgatus, sed etiam gemmam viuam, seu carbonem incensum. Septuaginta autem translulerunt ἄνθραξ quod nomen & carbonem, & Carbunculum gemmam pretiosam significat. Esaias igitur ad munus prædicationis obeundum recepit à Seraph. in ore carbonem incensum, hoc est ardorem charitatis, quæ rectè etiam propter præstantiam per Carbunculum præciosam gemmam intelligitur, sic etiam Moyles priusquam ad Pharaonem mitteretur, iubetur ad flammam rubi ardentis accedere. Exod. 3. & super Apostolos orbem igne prædicationis obituros linguæ igneæ descenderunt. Act. 2. Denique ob eandem causam Regius vates priusquam dixisset Psalm. 50. *Docebo iniquos vias tuas, ter Spiritum sanctum à Deo postulauit: dicens, Cor mundum crea in me Deus, & spiritus rectum innoua in visceribus meis. Ne proicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiā salutaris tui, & spiritu principali confirma me: Tunc verò subiecit, Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuersentur: Quia nimirum prædicatoris charitate incensi concionem conuersio impiorum consequi solet.**

IX. Tertio, sunt hi pedes in camino ardenti, quia parati esse debent concionatores Euangelici ad multa propter veritatem & fidem perferenda, imò ad mortem ipsam si opus fuerit, oppetendam. Aduerte etiam in camino ardenti pedes ex ære in aurichalcum mutari, id est, ad auri similitudinem peruenire, quoniam labores pro Christo fortiter patienterque tolerati virtutem mirum in modum perficiunt, & quod est consequens, ad cælestem beatitudinem viam muniunt iuxta illud Pauli ad Romanos 5. *Gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit.* Vnde eleganter Cyrillus Alexandrinus epistola 37. ad Alipium. *Patientia, inquit, nobis omne bonum conciliat, & veluti pronuba, viam ad probationem parat, ac spem in futurum seculum nutrit. Quod profecto est non solum in aurichalcum æs mutari, sed diuinæ cuiusdam chemicæ artis viribus in fornace tribulationum aurum fieri, quod naturali alchimie negat D. Thomas in 2. sententiarum. dist. 7. quest. 3. art. 1. ad 5.*

X. Quarto. Rectè etiam hi pedes secundum Græcorum translationem, similes esse Chalcolibano dicuntur propter odorem virtutum, quem ex se efflant: iuxta illud Pauli 2. ad Corinthios 2. *Christi bonus odor sumus, debent enim concionatores ea quæ ære prædicationis sonant, exemplo & operatione præstare, ut non solum virtutum sonitum, sed odorem quoque ad alios transfundant: itaque non sint similes illi in quem inuehitur Paulus ad Romanos 2. *Gloriaris, inquit, in Deo & nostri voluntatem eius, & probas utiliter instructum per legem, eo fide te ipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege, qui ergo alium doces**

Ezech. 1. 7.

Irenæus.
Gregorius.

Esaie 6.

Aquila
Theodotio.
Vulgatus.Exod. 3.
Act. 2.

Psal. 50.

Perficiunt
virtutem la-
bores.Ad Rō. 5. 3.
Cyrillus A-
lexandr.

D. Thom.

X.
Concionato-
res quæ sonant
verbo, præ-
stent opere.

Ad Rō. 2. 18

doces, te ipsum non doces, qui predicus non surandum, furaris: qui dicit non ma. handum, inacharis, qui abominatus idola, sacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per prauaricationem legis, Deum inhonoras: Vbi imprimis obseruanda est elegans Apostoli similitudo, illis verbis, *Habentem formam scientiae & veritatis in lege.* Quae illud significat concionatore, qui ea quae praedicat, opere non cōplet, perinde se habere, ac si exēplar alicuius imaginis solū gestaret, quam alij in se exprimerent: maneretq; ipse deformis ac turpis, quippe qui se ad illius quod gestat exemplaris similitudinem minimē conformaret, hoc namque est quod ait Apostolus *habentem formam scientiae & veritatis in lege,* id est gestantē exemplar veritatis, atq; doctrina, quae in lege proponitur: quemadmodum interpretatur D. Chrysost. homil. 5. in epistolam ad Romanos. *ὁ σπερματικός τῆν χάριν κὴν ἐκείνην ἐξ ἧς, ἡ δὲ ἐξ ἐλευθέρου γὰρ οἱ δὲ μὴ πρὸς εὐδαιμονίας αὐτῆν, καὶ χάρις τῆς χάριτος τοῦ πνεύματος ἀγίου ἐστὶν αὐτοῦ μὴ γινώσκων, hoc est, quemadmodum si quis Regis habens imaginē, nihil ad eius similitudinē exprimat: illi quae quibus imago non est credita, etiam sine prototypo accuratē illud imitentur.* Deinde aduertit eiusmodi concionatores, dicit à Paulo: *Inhonorare Deum per prauaricationem legis;* quoniam verbum Dei quod praedicant; falsum esse opere & vita profitentur: *Per prauaricationem,* inquit *legis Deum inhonoras,* sint igitur diuini verbi praecones similes chalcolibano, quia quod praedicando sicut resonant, debent thure, hoc est virtutum odore & exemplo enuntiare. Concinit huic loco Ioannis illud *Olea 14. Ero quasi thuris, Israel germinabit quasi lilium, & erumpet radix eius, ut Libani, & erit quasi solima gloria eius, & odor eius ut Libani,* id est, thuris. Quem locum explanans D. Hieronymus in commentarijs super *Oseam.* *Cum,* inquit, *nos Dominus suos rotas perserit, germinabimus, & florebitus ut lilium imitantes ipsum Christum, qui de se ait Cant. 2. Ego flos campi & lilium conuallium, & mittemus radices nostras sicut arbores Libani, quae quantum in auras consurgunt vertice, tantum radices in ima demergunt, ut nulla tempestate quatiantur, sed stabili mole consistant, & habebimus odorem quasi Libani, vel thuris, quod est genus thymiamatis.* Nec vacat mysterio, quod non cuius odori, sed odori thuris similes memorantur, cum dicitur: *Pedes eius similes chalcolibano,* quemadmodum etiam *Canticorum 4. Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.* Etenim sicut thus in Arabia ex quadam arbuscula inter inaccessas rupes nascitur, ita hic virtutū odor, si perfectissimus esse debet, rarissimus est. Deinde sicut thus per incisionem corticis illius arbusculae in feruentissimo solis ardore colligitur, ita etiam virtutum perfectio non nisi per incisionem arboris, id est, mortificationem carnis & in ipso solis ardore, hoc est in tribulatione, quae per nostrum *caminum* designatur, acquiri consuevit. Ad haec, arbuscula illius cortex lauri folio est similis, quia qui ad hanc chalcolibani similitudinem, & virtutum odorem pertingit dignus profectū est, qui lauro coronetur. Denique chalcolibano aris & thuris permixtionem sonat, quia praedicatores non sola contemplatione, quae per thus significatur prestare debent, sed tanquam res in camino bonorum operum, & tribulationum liquecere, & sic in vasa puleherrima efformari, quae in honorem possint Domino deferre.

D. Chrysost.

Concionato-
rum exēplū.
Osee 14. 6.
D. Hieron.
Cant. 2. 1.

Cant. 4. 11.

Virtutū per-
fectio per
quod acqui-
ratur.

XI.

In Ioachim.

Quarta expositio est Ioachimi Abbatis, quam ille sic paucis complectitur, *In oculo,* inquit, *contemplatiua vita, in pedibus gressus operis designatur, in utroque enim viuendi genere vita Christi igne spiritus sancti accensa est, quia non solum in illis membris, quae ad orium, & quietem vocata sunt, diffusa est spiritus sancti gratia, sed etiam in illis, quae exterioribus ministerijs deputantur: & propterea oculi tanquam flamma ignis dicuntur: pedesque sunt in camino ardenti, quammē tanta inter utramque vitam differentia sit, quanta inter pedes auri chalco similes in camino ardenti, & oculos similes flamma ignis: sicut enim*

Via alia
& contem-
plativa ut
deserat.

aliud esse simile flammæ ignis, & aliud esse simile rei manenti in igne, ita aliter activa vita, aliter contemplativa, spiritus sancti gratia præsto est. Sunt quidem hæc omnes expolitiones probabiles, sed primam tamen quæ est de humanitate Christi, magis literalem germanamque, atque adeo reliquis omnibus antefendam arbitramur.

Cur vox eius tanquam vox aquarum multarum dicatur.

Et vox illius tanquam vox aquarum multarum.

SECTIO XII.

1.

Similem filio hominis hæc ænus descriptum, haud dubiè Ioannes sibi per eandem imaginariam ostensionem visus est, loquentem audire: alio qui qualem haberet vocem, intelligere minimè potuisset, ait igitur, *voce* eius fuisse tanquam *voce* aquarum multarum, cum impetu scilicet strepituque insistentium, hoc est valde sonoram & multiplicem, & magnis atque inconfitis clamoribus personantem, qualem multi simul homines simultuantes, clamantesque edere solèt. Solet enim in sacris literis multorum hominum simul clamantium vox, aut strepitum facientium sonitus, aquis cum impetu ruentibus comparari veluti apud Ezech. capite 1. *Et audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei, cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis, & quasi castrorum.* Et Esai. 17. *Voce multitudo populorum multorum, ut multitudo maris sonantis, & cum multis tubarum, sicut sonus aquarum multarum.* Huiusmodi igitur erat vox, qua similis filio hominis personabat: cuius mysterij ratio prima affertur à Primasio, & Amb. Anibert. quia nimirum qui in lege veteri vocem habebat tubæ, ut supra dictum est, id est, ille qui per paucos Prophetas, & prædicatores in sonabat: in lege nova vocem habuit aquarum multarum, quæ populorum multitudinem significant, iuxta illud Apoc. 17. *A que quas vidisti populi sunt, & gentes, & lingua, id est, populorum multorum vocibus personuit.* Id quod etiam Daniel significavit c. 10. cum dixit: *Et vox sermonum eius ut vox multitudinis.* Et Ezech. c. 1. *Audiebam, inquit, sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum.* Eandem expolitionem approbat Rupertus. Secunda ratio est Richardi de S. Victore, Ruperti, Ioachimij, & aliorum: quia videlicet Christi mysteria omnium scripturarum eloquijs prædicta fuerunt atque adeò Christus cum per se, vel per Apostolos loquebatur, vocem habebat instar aquarum multarum, quæ scripturas sacras exprimunt: iuxta illud Deut. 32. *Concresecat in pluviam doctrina mea, sicut ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stilla super gramina.* Est autem præclara hæc similitudo ad prædicationem exprimendam. Primum, quia ut ait Ioachimus, *Sicut quædam multa decidentis pluvia sono multiplici concorsiter sonant: ita multiplici scriptura sacra eloquia in quibus loquitur Christus, eandem sonant veritatis sententiam: quam ob causam scriptura rota illi apud Ezechielem cap. 1. comparatur, cum dicitur: Apparuit rota una super terram, iuxta animalia habens quatuor facies, & aspectus earum, & operis quasi sit rota in medio rota, & una similitudo ipsarum quatuor.* Quo loco Divus Gregorius per rotam, sacram scripturam intelligit, quæ quatuor facies habet, quia utrumque testamentum in quatuor partes distinguitur, videlicet in Legem, Prophetas, Evangelia, Acta, & dicta Apostolorum. Verum *una similitudo ipsarum quatuor dicitur, ut indicetur summa omnium scripturarum consensio: imò vel ipsa rota notio eam confessionem manifestè exprimit, sicut enim in rota omnes radij a peripheria ducti ad idem*

Ezech. 1.14.

Esai. 17. 12.

1. ratio ex
Pamoo. &
Ansb.

Apoc. 17. 15.

Dan 10. 6.

Ezech. 1. 14.

Rupertus. 2.

ratio ex

Rich. Vist.

Rup. Ioach.

Vox Christi

in Prophetis

instar aqua-

rum multa-

rum.

Deut. 32. 2.

Ioachimus.

D. Greg.

Scriptura sa-

cræ summa

consensio.

ad idem centrum desinunt, ita omnia, quae in sacra scriptura continentur in vno atque eodem veritatis centro copulantur, vel si mauis ad eundem Christum qui veritas est, vnanimi consensione decurrunt. Deinde quia sicut *Isnyus* inundantis pluuiae, aut fluuioꝝ impetus, per p̄rupta loca ruentium longius auditur, ita Christi p̄dicatio ad fines vsque terra penetravit, iuxta illud *Psalm. 18. In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.* Atque haec est illa pluuia voluntaria, quam Deus segregauit haereditati suae. *Psalm. 57. Tertia ratio est Arethae, quia nimirum vox Christi eadem est, quae & Spiritus sancti ob cuius operationem flumina de ventre eius fluunt, Ioann. 7. cui concit illud Ioelis. 3. stillabant montes dulcedinem, & colles fluent lacte, & per omnes riuos Iuda ibunt aqua, & fons de domo Domini egredietur, & regabit torrentem spinarum: quare videtur Arethas vocem istum tanquam aquarum multarum, ad multitudinem gratiarum referre, quae ex ore Christi tanquam ex fonte diminarunt. Idcirco enim dicitur *Psalm. 44. Diffusa est gratia in labiis eius.* Et *Cant. 5. Labia eius distillantia myrrham primam:* quo loco per labia doctrinam Christi intellige, quae propter puritatem candori liliorum comparatur, iuxta illud *Psalm. 11. Eloquia Domini, eloquia casta.* Recte etiam additur, *distillantia myrrham primam,* tum quia doctrina Christi macerationem carnis commendat, quae quoniam praeseruata corruptione vitiorum, iure optimo myrrha nomine confectur: tum etiam quia dona supernaturalia, & gratia, quae propter pulchritudinem lilijs conferuntur, & ex ore Christi dimanant, non nisi habita prius myrrha, id est, castigata carne comparantur. Quidam ex recentioribus hanc vocem, *instar aquarum multarum,* ad secundum eius aduentum referunt, quo tempore habiturum, inquit, *vocem aquarum multarum,* quoniam magnum terrorem mortalibus injiciet, ipseque solus erit instar numerosi exercitus, terrificus atque formidabilis, magnaque fortitudinis & potentiae ad inimicos suos, vel ipsa tantum voce perterrendos. Caterum nos eam expositionem, quae *vocem aquarum multarum,* Euangelij toto orbe praedicationem, interpretatur, multo probabiliorem putamus, cum Apostoli caterique omnes Euangelij praedicones, multiplici voce omnibus populis & gentibus Christi fidem denunciarunt, atque ad gentium conuersionem magno impetu, multiplici que sonitu instar numerosi exercitus irruerunt. Et verò cum hac visione Christus se Ecclesiae Pontificem gubernatoremque exhibeat, non est cur ipsum dicitur, vt iudicem in fine mundi, & non potius vt principem ad vniuersam Ecclesiae economiam fundandam, constituentemque se se hac visione Ioanni ostendere voluisse, existimemus.*

Cur Episcopi stellis comparentur: & cur in dextera eas Christus habeat.

Et habebat in dextera sua stellas septem.

SECTIO XIII.

Quod hoc loco ait Ioannes, Christum habere in dextera sua stellas septem, nostram expositionem non desiderat, cum ipse Angelus explicauerit dicens: *Septem stellas, Angeli sunt septem Ecclesiarum,* id est, Episcopi. Illud explicandum superest, cur Episcopi stellis comparentur, & cur in dextera Christi manu sint? Quod ergo attinet ad stellarum nomenclationem. Prima ratio est Richardi S. *Vict. & esse, stellis comparantur, non planetis, id est, errantibus sideribus, quia in eodem statu iustitia debent stare, non per diuersa vicia semetipsos permutare, & conuersionem*

Episcopi stellis, cur comparentur, non planetis.

Heretici si-
dera erran-
tia.

Eccles. 4.

Quibus ful-
gere debeant
Episcopi.

Baruc. 3. 34.
Orones.

D. Hieron.
Iob. 9. 7.

Ad Phil. 2. 15.

2. Cor. 2. 18.

Episcopi lu-
cent a Chri-
sto acceptam
in alios tras-
mutant, ut
specula.

Rich. de
S. Victore.

Episcopus
cur in manu
Christi.

2. ad Cor.
13. 0.

Manus in sa-
cris, symbo-
lum Diuinae
protectionis.

D. Hilarius.
Ps. 54. 21.

habere in caelo per contemplationem. E contrario verò haereticos sidera errantia, id est planetas, appellauit Iudas Apostolus. *Fluctus*, inquit, *feri maris desumantes* (suis con-
fusionses, sidera errantia, hoc est, planetae, habetur enim Graecè ἀετρες πλανηται; di-
cuntur autem sidera errantia, tum quia ipsi in doctrina, vitâque errant, tum quia
alios in vtroque errare faciunt, iuxta illud 2. ad Tim. 3. *Mali autem homines & sedu-
ctores proficiunt in peius, errantes, & in errorem mittentes*, Dicuntur etiam sidera errantia,
ob instabilitatem, quæ ex eo nascitur, quod extra Ecclesiæ firmamentum sint: cõ-
tra verò Catholici Episcopi stellis comparantur, quod fixi stabilesque sint in Ec-
clesiæ Catholicae, fideique firmamento: atque hæc sit 1. ratio cur stella nominan-
tur. Secunda est propter humilitatem, quoniam licet in se ipsi maximi sint, de-
bent tamen minimi omnium per humilitatem videri. Sicut enim stellæ cum terre
magnitudinem longè superent, minima nobis apparent, iuxta illud Ecclesiast. 4.
Quanto magnus es humilia te. Tertia, quia debent esse charitatis feruore ignei, con-
templationis sublimitate in alto positi; ex cellentis vitæ contemplatione micantes,
per boni operis perseverantiam fixi, & stabiles: ad terram per subditorum cõ-
passionem respicientes. Quarta, propter ordinis dispositionem & promptæ obe-
dientiæ erga Deum alacritatem, iuxta illud Baruch, c. 3. *Stellæ dederunt lumen in cus-
todis suis, & latere sunt: vocatae sunt, & dixerunt ad sumus. & luxerunt ei cum iucun-
ditate, qui fecit illas*. Quinta, quia, vt ait Orig. hom. 1. super Gen. *sicut stellæ ab stellâ
differt in claritate, ita etiam unusquisque prælatorum secundum magnitudinem suam lumen
fundit*. Sexta, Quia vt ait D. Hieron. in illud Iob 9. *Qui stellis claudis quasi sub signa-
culo, sanctorum merita, & præcipue Episcoporum, quibus alij ab alijs distabunt, dum hic latens
quasi sub signaculo clauduntur*. Septima. Quia de nocte, hoc est tenebricoso huius
vitæ tempore lucent, iuxta illud ad Philippenses 2. *In medio nationis præuae & per-
uersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo*. Octaua. Quia sicut stellæ à Sole lumen
recipiunt; ita prælati à Christo qui Sol est iustitiæ, illuminantur, vt alijs lucere
possint, quemadmodum docet Paulus 2. ad Cor. 3. cum ait, *Nos verò omnes reuelatâ
facie gloriam Domini specularantes in eandem imaginem transformamur, à claritate in clarita-
tem: hoc est, nos non lic, vt Moyses, qui velatam habebat faciem, cum populo lo-
quebatur, sed reuelato, detecto que vultu gloria Domini tanquam specula recipi-
tes, eandem Christi imaginem in nobis tam clarè excipimus, vt in eandem ipsius
imaginem transformari videamur, à claritate in claritatem, hoc est, tanquam nitidissima
specula imaginem à Christo recipientes, eandemque subinde in alios iacentes,
videlicet à claritate, quam accipimus, in claritatem, quam emitimus per commu-
nicationem eiusdem imaginis eiusdemque splendoris emissionem prodeuntes: quod ve-
rò illud specularis non ab speculatione cõtemplationeque, sed ab speculis lumen-
dum sit, perspicuum est ex Græca dictione ἡγορησθησθε, quæ ἡγορησθησθε, ἡγορησθησθε,
hoc est, ab speculo deducitur: debent igitur prælati esse veluti specula, quæ ima-
ginem & lucem à Christo acceptam in alios doctrina, & exemplo transmittant.*

Iam illud disquirendum, cur in dextera Christi appareant. Prima expositio est
Rich. de S. Vict. *In manu*, inquit, *id est, in potestate Christi dicuntur esse, vt ipso coope-
rante, Ecclesiis sibi commissis dignè possint gubernare: quod autem in dextera manu
sunt, illud significat, prælatos non esse ad mala committenda, sed ad bona perfi-
cienda constitutos: quemadmodum testatur Apostolus 2. ad Corinth. 13. *Secun-
dum potestatem quam Dominus dedit mihi in aedificationem, & non in destructionem*.*

Secunda. Ad significandum protectionis diuinæ præsidium, quo Christus præ-
latos & per prælatos Ecclesiam tuetur, est enim, manus in sacris literis inter alia
protectionis Diuinæ symbolum, quo sensu D. Hilarius intelligit illud Psal. 54.
Extendit

Extendit manum suam in retribuendo. Vnde manus extensa magnam Dei clemenciam, & beneficentiam declarat, & ita exponendum est illud Ezech. 2. cum ait, si-
 bi manum extensam apparuisse, quamquam referri etiam potest ad manus Christi in cruce expansas: quae incredibilem beneficentiam declarabant, iuxta illud
 Esai. 65. *Expandi manus meas tota die ad populum incredulum.* Tertia. Sunt etiam Præ-
 lati in manu Christi dextera, id est, eius potestati ad puniendum subiecti. Per spi-
 cum est enim Christum in hoc opere multa episcopis imitari, si officio suo de-
 signt, quæ manus acceptio creberrima etiam est in sacris literis, veluti Psalm. 37. *scio defuit.*
Quoniam sagitta tua in sinu sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. In quem locum
 D. Basil. affert in eundem sensum illud Iob. 19. *Manus Domini tetigit me, & Sathan*
ipse dixit Deo. Misere in animum tuam, & tange omnia quæ habet. Et Orig. homil. 1. super
 Psalm. citat. *Confirmasti, inquit, manum tuam super pueras pedagogy die verberat. Et confir-*
firmat manus, cum verborum non leuiter insigit. Sic etiam D. Augustinus interpretatur
 illa verba Psalm. 122. *Sicut oculi seruatorum in manibus Dominorum suorum: ita oculi no-*
stri ad Dominum Deum nostrum donec misereatur nostri. Qui sunt, inquit, isti serui qui ha-
bent oculos in manus Dominorum suorum, nisi qui iubentur cædi: vapulat seruis; sentit pla-
garum dolores, attendit ad manus Domini, quoadusque dicat, parce, in omnibus hominibus
Adam vapulat, & sic sunt oculi nostri ad Dominum Deum nostrum donec misereatur nostri:
 atque hoc sensu manus extensa dicit punitionem, iuxta illud Esai. 5. *ideo iratus est*
furor Domini in populum suum & extendit manum suam super eum, & percussit eum, &
conturbati sunt montes, & factæ sunt morticinia eorum quasi sterces in medio platearum: in his
omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extensa. Et Hier. 15. *Extendam ma-*
num meam super te, & interficiam te. Et Sophon. 1. *Extendam manum meam super Iu-*
dam, & super habitantes Hierusalem, & disperdam de loco hoc reliquias Baal.
 Neque verò mirari quis debet, quod esse in manu dextera Christi, de ani-
 maduersione, & supplicio interpretemur. Nam præterquam quod ratio ipsa id
 postulet, cum multa Christus prælatis in hoc opere comminetur & quod ean-
 dem ob causam Gladium utraque parte acutum ore exeruerit, ut inferius dicemus,
 exploratum est ex sacris literis beneficii loco ducendum esse, quod à Deo in hac
 vita quis puniatur, ut non iniuria cum quis punitur, in dextera Dei manu esse
 existimari possit, id quod primum probatur ex eo, quod inter supplicia, quæ
 Deus Hierosolymis comminatur, vnum illud est præcipuum, quod eam urbem
 statuat non punire, ut habes Ezechielis 16. *Auferetur, inquit, zelus meus à te, &*
quiescam, nec irascar amplius. In quem locum D. Hieronymus sic ait. *Ex hoc perspicit-*
mus grandem offensam esse nequaquam curæ haberi à Deo, sed permitti hominem sceleribus
 suis. Eundemque locum expendens Origenes homil. 8. super Exodum. Vide, in-
quit, misericordiam & patientiam boni Dei, quando vult misereri, indignari se dicit, &
irasci: sicut per Hieremiam cap. 6. ait. Dolere & flagello castigaberis Hierusalem, ut ne
abscedat anima abs te. Hæc si intelligis miserantis Dei vox est, ubi irascitur, & zelatur,
ubi adhibet dolores & verbera, flagellat enim omnem filium, quem recipit. Hebræorum
 12. *Vis audire indignantis Dei terribilem vocem? audi quod dicit per Oseam cap. 4.*
Cum enim enumerasset multa nefanda, quæ Hierusalem commiserat, addit, non visi-
tabo super familiam vestram cum fornicantur, neque super nuntium vestrum cum machatur.
 Hæc Origenes. In hæc eandem sententiam, interpretatur Diuus Augustinus li-
 lud Psalm. 98. *Domine Deus noster tu exandisti eos, Deus tu propitius fuisti eis & vl-*
ciscens in omnes adinventiones, seu ut alij legunt affectiones eorum. Etiam, inquit,
 Augustinus. *Vindicans propitius fuisti.* Sed multò elegantius sermone 37. de
 verbis Domini. *Magne, inquit, misericordie est nequitia impunitatem non relinquere,*

Ezech. 2.
 Esai. 65.
 Prælati puniendi si of-
 scio defuit.
 Psalm. 37. 3.
 Iob. 19. 21.
 Manus dicit etiam punitionem.
 Origenes.
 D. August.
 Psalm. 122. 2.
 Esai. 5. 25.
 Hier. 15. 7.
 Soph. 1. 4.
 III.
 Puniri à Deo in hac vita, beneficium.
 Ezech. 16. 42.
 D. Hieron.
 Origen.
 Hebr. 12. 6.
 Osee 4. 14.
 Origen.
 D. August.
 Psalm. 98. 3.

Parcens
aliquando
cadit Deus.

Esaï 26. 10.

III.

Manus dex-
tera & fini-
stra quid in
Deo.
Psal. 117. 16.

Prelati, lar-
gius se com-
municat
Deus.

Esaï. 40. 12.

Cant. 2. 6.

Prover. 3. 16.

D. Ambros.

Psal. 118.

Dexterama-

nus futuorū

honorum, le-

ua presentiu

remunera-

trix.

Genes. 48. 19.

V.

Sancti &

prelati incul-

pti in Chri-

sti manibus.

Esaï. 49. 16.

ne cogatur in extremo gehenna damnare, modo flagello dignatur castigare: vis nosse nulla pena quæ sit pena? Davidem interroga qui ait Psal. 9. Irritavit Dominum peccator, quare quid vidisti? vidi peccatorem, impune luxuriantem, & exclamaui, irritavit Dominum peccator? quare hoc dixisti? vide quod sequitur. Secundum magnitudinem irasua non quæret, ideo nempe non exquiri, quia multum irasitur, parcendo cadit, sed iuste cedit. Vnde apud Esaïam cap. 26. magni supplicij loco dicitur, Misereamur impio, & non disces infirmitatem.

Quarta, sunt prelati in manu Christi dextera, quia manus dextera fortior est atque valentior, atque adeo eas. Dei actiones significat, quæ magis eius vim ac potentiam declarant, sicut sinistra eas in quibus Dei potentia non tantopere elucet, vnde est illud Psal. 117. *Dextera Domini fecit virtutem, Dextera Domini exaltavit me.* Est igitur sensus. Deum in præstatis maiorem vim potentia suæ exercere, atque auctoritatem, potestatisque magnitudinem in Ecclesiæ administratione declarare. Quinta, sunt in manu dextera, quia prelati & Deus maiora beneficia communicandi voluntatem habet, quæ cum subdijcipulis communicent: quia enim Deus sponte & ex naturæ propensione bene facit, dicitur in dextera habere, quos fouet, quia manu dextera facilius vitimur: quemadmodum & puniendi voluntas per sinistram quæ minus vsui apta est, intelligitur, & significetur Deum quodammodo invitam punire, at sponte bene facere: quo eodem sensu dicitur Esaïæ 40. *Aquas pugillo, Salos vero palmo dimesiri:* quia nimirum in celo largiendo est liberalis, ac munificus: in calamitatibus vero quæ per aquas significantur immittendis, admodum parcus. Vtrumque habes expressum Cantorum 2. cum dicitur. *Laua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Sinistra enim sub capite delitescit, at vero dextera apparet, atque ad animam iusti amplectendam fouendamque magis extenditur. Sexta, sunt in dextera stelle, id est, sancti prelati, quia eis paratam habet Deus æternam felicitatem, quæ per dexteram exprimitur, sicut & per læuam huius vitæ bona declarantur, iuxta illud Proverborum 3. *Longitudo dierum in dextera eius, in sinistra illius diuitia & gloria.* Sic enim vtrumque interpretatur Diuus Ambrosius sermone 14. in Psalmum 118. *Habent, inquit, propria sua singula manus, boni quidem vtraque dotata est dotibus, sed læua presentium remuneratrix est, dextera futurorum: possumus hoc etiam de prophetia sancti Patriarchæ Israël cognoscere. Genes. 48. Nam cum dexteram suam posuisset super Ephraim, sinistra præsentiu stram autem super Manasse, & conuertit eas Ioseph asatum consideratione voluisset, scio, inquit, sibi mi scio & hic erit in populos, & multiplicabitur, sed frater iunior maior erit illo. In quo maior? Quia semen Ephraim est multitudo gentium, quæ in hoc seculo laborem eligit credens in Dominum Iesum, ut consolationem habeat futurorum. Manasses autem semen, est populus obliuionis (alludit ad etymon nominis) qui proprium oblitus auerterem exaltatus ad tempus in hoc seculo, daturus est in reliquum panem granem, quia Deum suum, & Dominum denegauit.*

Postremò quærat aliquis, num Angelus stella has haberet manu conclusas, an eas in aperta manu cælatas ostentaret, & quidem si clausa erat manus, concinit ratio D. Hieronymi super illud Iob 9. pauld ante citatum. *Qui stellas claudit quasi sub signaculo.* Quia videlicet sanctorum merita occulta sunt nobis. Si autem quod probabilius videtur manus erat aperta, & stella in ea quasi cælatæ (alioquin enim Ioannes eas nec videre, nec numerare potuisset) posuisset sic interpretari, prelatos, seu sanctos, esse in manu Christi sanguine ipsius insculptos: iuxta illud Esaï 49. *In manibus meis descripsi te:* tum quia Deus sanctorum suorum nunquam obliuiscitur, sicut nemo obliuisci potest eorum, quæ manu habet

habet, tum etiam quia sanguine suo Christus promeruit, ut in cælum tanquam stella ibi figenda, transferremur, tum vel maximè ad eorum securitatem exprimendam, quippe qui in manu eius sunt, è qua nemo eas possit exipere; iuxta illud Ioannis 10. *Nō rapiet eos quisquam de manu mea.* Adhæc, ex eo intelligimus Christum *stellas*, hoc est cælum, seu beatitudinem, omnibus offerre, propterea que eas manu ostentare, sic omnes quodammodo inuitando, ut ad eas tanquam ad brauium currant, easque de manu eius lætabundi abripiant. Quod videtur aluisse Paulus 1. ad Corinth. 9. cum dixit. *Nescitis quod ij qui in stadio currunt, omnes quem currunt, sed vnus accipit brauium: sic currite vt comprehendatis.* Et ad Philipp. 3. *Quæ retro sunt obliuiscens ad ea quæ sunt priora extendens me ipsum ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocatiōis,* imo ipse Christus, hoc ipsum non obscure videtur indicasse Matt. 11. illis verbis. *A diebus Ioannis regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud: videlicet de manu Christi stellas ipsas, hoc est beatitudinem offerentis.* Denique aduertendum est, Deum in lege veteri in manu non stellas, sed gladium gestasse, illum, inquam, circumcisiōis & alios, quibus populum illud assidue perimēdat: in noua autem non gladium, sed stellas manu ostentasse, quia lex illa timoriserat: hæc amore, & beneuolentia continetur.

Sanctorum securitas. Ioan. 10. 28. Cælum omnibus offert Deus, vt brauium. 1. ad Cor. 9. 21. Phil. 3. 13. Mat. 11. 12. In veteri lege gladium, in noua stellas in manu cur gestet Deus.

De gladio ancipiti, qui ex orō eius prodibat. Expositio de verbo Dei commemoratur. ◊

Et de ore eius gladius vtrāque parte acutus exibat.

SECTIO XIII.

ADVERTE primū pro eo quod interprestranstulit, *Gladius vtrāque parte acutus*, haberi Græcè *ρομφαία διόμοος*, quasi dicas, *Gladius duplicis oris*: nam quoniam oris est cibum concidere & absumere, inde acies gladij *ρομφαία*, siue os dicitur, quod ea parte mordeat, secet, & feriat, vnde Luca 21. *Cadent in ore gladij*, Græcè *πεσονται ἐν ὀφθαλμοῖς*, quam eandem ob causam frons instructi exercitus, *ὀφθαλμοῖς* Græcè, Latine acies appellatur, quia est veluti ferri acies, perumpens & apperrens id in quod impellitur. Nec verò tantum Græci, sed etiam Hebræi aciem gladij *os* appellant, vox enim *פה* quæ *os* significauit: veluti Exod. 4. *Ipsc loquetur pro te, & erit os tuum*, ad aciem quoque gladij transfertur: vnde est ille creberrimus in sacris literis loquendi modus, *Percutere in ore gladij* parique ratione gladium ancipitem, gladium duo ora habentem appellant: vnde Iud. 3. pro eo quod nos habemus, *Fecit sibi gladium ancipitem*, est Hebraicè *פיהו חרבו*, hoc est ad verbum, *Et fecit sibi gladium, & ei duo ora.* Et Prouerb. 5. *Fanus stillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima autem illius amara quasi absinthium, & acuta quasi gladius biceps*: Hebraicè *פיהו חרבו* id est quasi gladius orium. Quod ad rem spectat: nexu huius sententiæ cum præcedente hic est. Postquam dixerat Ioannes illum similem filio hominib; habere stellas in dextera, addit, etiam de ore eius gladium prodire, vt illud conferret fiduciam de gratia, hoc incuteret terrorem de negligentia, id quod etiam ad vniuersos fideles, refferri potest: qui ita debent de misericordia Dei præsumere, per quam se vident esse in dextera, vt simul timeant ne gladio feriantur, de dexteraque ad sinistram transferantur.

Acies gladij cur dicitur os. Luca. 21. 24. Exod. 4. 16. Prouerb. 5. 3. Ita de Dei misericordia præsumendum. vt timeamus ne feriamur gladio.

IEGAS
In
Apocalyp
11
23

II. Primaigitur expositio est Primalij, Arethæ, Pannonij, Richardi de S. Victore, & communis, per hunc gladium verbum Dei intelligētium, quod Deus per Prophetas suos, Apostolos, ac prædicatores loquitur: iuxta illud ad Ephesios 6. *Gladium spiritus assumit, & gladium spiritus, quod est verbum Dei*: Et ad Hebræos 4. *Vivus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti*: qui locus quamvis ad litteram intelligendus sit de Verbo ipso increato: quemadmodum interpretatur D. Chrysostomus, D. Ambrosius, Theophylactus, Theodoretus, Occumenius, D. Thom. Caietanus & alij in eum locum: & præterea idem D. Ambrosius lib. 4. de fide cap. 3. & D. Hieronymus in cap. 66. Esaiæ: & perspicuum est ex ipso contextu, subditur enim, *Non est vlla creatura invisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius*. Tamen de verbo creato eundem locum acceperunt Origenes homilia 13. super Numeros. D. Augustinus epist. 58. & lib. 20. de Civitate cap. 21. & D. Ambrosius lib. 3. de Virginitibus: & interpretes citati in hunc locum Apocalypsis. Eandem gladii similitudinem de verbo Dei intelligit Theodoretus, & agnoscit in illis verbis Cantorum 3. *Leetulum Salomonis sexaginta ambiunt de fortissimis Israhel. Vniuscuiusque ensis super femur suum*. Vbi observat huiusmodi viros binos gestare gladios vnum super femur, in manu alterum. Vnum videlicet reprehensionis, & alterum intelligentiæ. Illum in promptu ad coarguendum, hunc mysticum, & tanquam in vagina reconditum ad mysteria peruestiganda. De verbo etiam Dei intelligit gladium cherubicum ante paradisi ostium, Philo Iudæus libro de Cherubim, & flammeo gladio. *Sermo*, inquit, *flammeus gladius dicitur, quia feruens est, & igneus, nunquamque moveri desinit, properans semper expectando bona, fugiendoque contraria. An non vides quod & sapiens ille Abraham quando incipit iuxta Deum metiri omnia, nihil creaturæ tribuens accepit ad ignei gladii similitudinem, ignem & gladium. Genes. 22. resurrexerat, & exiret, quicquid mortale habebat, cupiens, ut expedita cogitatione sublimis ad Deum evolarer. At Balaam ille, id est, vana populus, inducitur inermis desertor militia, & belli imperitus, sic enim alloquitur asinam, hoc est, brutum vitæ propositum, cui omnis inspiens insidet, si gladium haberem iam te transfixissem. Numerorum 22. Gratia maxima conditori, qui sciens imprudentia rabiem non dedit tanquam furenti gladium, verbi, videlicet facultatem, ne quoscunque obuios magna clade conficeret. Hæc ille.*

III. Alter Philo Episcopus Carpathius, tractatu suo in Cantica, & refertur in Appendice Bibliothecæ Sanctorum Patrum, in hanc etiam sententiam interpretatur locum Canticorum pauld ante citatum de fortibus Israhel, qui leetulum Salomonis ambiunt. *Quicumque*, inquit, *verbum Dei corde & opere complent, hi sunt fortissimi pugnatores: hi sunt qui in manibus suis, hoc est, rectis operibus propriæ conscientie gladium suum tenent, non alienum, non enim alienis precibus solummodo præstant, sed carnem suam cum vitis omnibus & concupiscentiis mactant, ob idque ensis super femur suum tenere dicuntur, nam femur carnis illecebras, & voluptates significat. Atque ad hanc gladii appellationem videtur alluisse Paulus 2. ad Timoth. 2. *Sollite curate ipsum* probabilem exhibere Deo, operarium inconsusibilem, recte tractantem verbum veritatis: ubi pro recte tractantem, est Græcè *ὀφθηροῦς ἔτα*, hoc est, rectè secantem: collatione tunc Timotheus ut in prædicando Dei verbo, inutilia & aliena ac superflua concia refecet, eodem ipso verbo Dei quasi gladio: ducitur enim metaphora à gladio, quo inutilia refecantur: id quod maximè debet curare concionator, ut rectè concionem fecerit, ac diuidat, refecando superflua, lenia, ridicula, minus graua, denique omnia, quæ cum concionandi muneris maiestate non consentiunt.*

Porro est hic gladius vtraque parte acutus. Primò propter duplex testamentum,

in quo Dei verbum continetur, vt interpretatur D. Augustinus lib. 20. de Ciuitate Dei cap. 21. Secundò ex Richard. de S. Vict. quia in testamento veteri vitia carnalia, in nouo autem etiam spiritualia amputauit. Tertio. Quia foris in nobis luxuriam amputat carnis & intus malitiam refecat cordis. Quarta, quia in his, qui continentur quæ præcipit, corpus & animam punit. Quinta, quia bonos à malis, malosque à bonis discernit, & singulis tribuit, quod merentur. Sextò & postremò, ex Hugone Cardinale. Quia modo scindit bonos, qui se hinc puniunt iudicij timore, ne postea æterno supplicio puniantur: & in futuro scindet malos, cruciatibus sempiternis.

Hugo card.

Secunda gladij ancipitis de generali iudicio interpretatio.

SECTIO XV.

SECUNDA expositio est Ruperti, per hunc gladium intelligentis extremum i. & generale iudicium iuxta illud Deuteron. 32. *Si acuro vt fulgur gladium meum,* & *arripueris iudicium manu meo.* Quo loco posterior pars priorem explicauit, vt Dei gladium iudicium eius esse intelligeremus. Hic igitur iudicij gladius vtraque parte acutus, tunc de eo ore eius exhibitus, hoc est vtramque partem, dexteram scilicet, & sinistram pro cuiusque meritis efficaciter diiudicabit, atque discernet: exitus gladij ad dexteram hic erit. *Venite benedicti Patris mei:* hoc namque dicto gladius eius ita carnes deuorabit, vt iam non sit caro & sanguis, sed sint omnes carnis corruptione exuti, induti que incorruptionem, & immortalitatem, mirò que modo permanente natura, in alteram gloriam permutati: Exitus eiusdem gladij ad sinistram hic erit. *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Vtrinque sic erit efficax ille gladius, vt malos diuidat à bonis, illos mittens in supplicium æternum, hos in gloriam sempiternam, ita vt semel ab inuicem diuisi non possint vltra permisceri: Et quidem re ad gladio ancipiti, hæc diuisio comparatur, quia vtrique tam bonis quam malis erit illud iudicium formidabile, vt vtrique videantur gladij aciem & diuisionem perhorrescere, quemadmodum idem Rupertus eleganter obseruauit, dum Salomonis thronum de quo agitur tertio Regum 10. & 2. Paralipomenon 9. mysticè explicaret, expenderetque duos illos leones in vtraque throni parte efformatos, qui libro suo 3. in libris Regum capite 31. *Fe-* *licit Rex Salomon thronum de ebore grandem. Quis, inquit, est iste thronus tam grandis, tam* *mirabilis, nisi altitudo maiestatis in illo cie nouissimo magni, & tremendi iudicij? Grandis* *thronus est, quia grande iudicium expectamus: Est autem thronus ex ebore, quia iudicium ex* *puritate constabit iustitie. Auro vestitur, quia nimis aurea Diuinitatis iustitia reuelabitur,* *sex ille habeat gradus, quia sex sententias iudicium perficietur. Esurius, & non dedistis mihi man-* *ducare: sitius & non dedistis mihi potum: hospes eram & non collegistis me. Nudus & non* *cooperuistis me: Infirmus & non visitastis me: In carcere & non venistis ad me: Matthai 25.* *Due manus hinc atque inde, duo sunt tenores hinc iustitie, inde misericordie. Duo leones* *iuxta manus singulas, quia vtrouque fortis, atque formidabilis erit iudicij veritas. Etenim à si-* *nistra omnis iniquus condemnabitur, & a dextra iustus vix seluabitur. 1. Petr. 4. Duodecim* *leuiculi super sex gradus stantes, duodecim sunt Apostoli. Post hunc thronum Salomonis, id* *est, pacifici Regis Christi, & glorie, & diuitie sunt in domo eius tanta copia, quanta scri-* *ptura præfens significare non sufficit. & dde subditur, non erat argentum, nec alicuius pre-* *ty putabatur in diebus Salomonis, fecitque vt tanta esset abundantia argenti in Hierusalem,* *quanta & lapidum, quia per alto iudicij in diebus illis æternitatis nullius pretij reputabi-*

Rupertus.
Deuterono-
my 32. 41.
Sententia ge-
neralis iudi-
cij, gladio
comparatur.

Rupertus.
3. Reg. 10.
2. Paral. 9.

Christi ma-
iestas ad iu-
dicium ve-
nientis.

Mat. 25. 25.

1. Petr. 4. 18.

Apostolus
extrema in-
dicis, leuiculi

tur argentum, quia nimirum propheta euacuabuntur, & lingua cessabunt, nullus iam mitteretur ad predicandum, sed omnes perfecti erunt, in omnibus abundabit purissimum charitatis aurum. Hactenus Rupertus. Vbi vides (quod erat nostrum institutum) utramque iudicij partem, tam quæ ad misericordiam, quam quæ ad iustitiam pertinet, esse terribilem, atque formidabilem: & propterea per duos leones expressam, quibus Salomonis manus superponebantur, id quod etiam hoc loco per utramque gladij aciem declaratur.

II. Illud mysterio non vacat, quod *gladius* in ore sit, non ad latus accinctus, ut consuetudo gestandi gladij postulare videbatur: & quamquam ea statim ratio succurrat, cum hic gladius mysticus sit, siue verbum Dei in vniuersum iuxta priorem expositionem, siue Christi iudicis in extremo iudicio sententia: iuxta posteriorem, significans, rectè in ore gestari, cum utrumque ore proferatur: Tamen pro illustriori huius rei cognitione aduertendum est, Christi triplici modo gestare gladium. Primò accinctum, secundò in ore, tertio in manu. Accinctum quidem

Quot modis
gladiu Christi
sui gestet.

Psal. 44. 4.
Psal. 7. 13.
Dei in puni-
do progres-
sus.

Exod. 15. 9.
Exec. 5. 12.

Christus ad
lo refaciendū
quam puni-
dum propen-
sor.

Cant. 5. 14.

Dei in operā
do et bene-
faciendo cele-
ritas.

Ejai 44. 13.

Gen. 1. 31.

Denique in manu Plal. 7. *Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit & parauit illum*: Quo significatur Dei in puniendo progressus. Primum enim habet gladium accinctū, ostendendo potentiam, ut terreat, deinde gladium in ore ponit, comminando, ut deterreat. Denique cum neutrum sufficit, gladium vagina exiit, ac vibrat, ut pecutiat, iuxta illud Exodi 15. *Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea*. Et Ezechiel 5. *Gladium euaginabo post eos*. Vnde rectè dicitur *exibat*, seu ut est Græcè *ἐκπορευομενον*. hoc est, procedens ab ore scilicet ad manum, ut Dei in puniendo quidem quasi progressus indicetur. Exibat enim gladius ab ore quasi progrediens, ut inde eum manus ad vibrandum, ac percutiendum arriperet. Atque hæc sit prima ratio, cur in ore gladius apparuerit. Secunda est, rectè stellas quidem in manu, gladium autem in ore habet: quia ad benefaciendum est, quàm ad puniendum propensior, atque adeo ferè supplicia comminatur & loquitur, beneficia autem re ipsa impertitur & confert: vnde desponsi manibus dicitur. Canticorum 5. *Manus eius tornatiles aureæ, plena hyacinthis*, seu ut Doctores Hebræi transferunt, *manus eius orbes aurei*: & est sensus, manus eius veluti spæræ aureæ sunt, quæ in orbem continuo per beneficentiam feruntur, suarumque gratiarum lucem, & influxum communicant mortalibus, quemadmodum ex orbium caelestium motu pendet rerum inferiorum conseruatio. Quod verò subditur, *plena hyacinthis*, idem significat: est enim hyacinthus lapis pretiosus, quare manus eius plene sunt hyacinthis, id est, pulcherrimis, & pretiosissimis gratiarum lapillis, quos continent, & hominibus subinde spargunt. Huic eadem expositioni concinit editio vulgata, cum ita habet, *Manus eius tornatiles*, hoc sensu: virtus Dei rerum omnium effectrix, eiusque munificentissima natura tornatilis est, propter summam in operando, & benefaciendo celeritatem (est enim tornatoria ars velocissima); tum etiam propter rectitudinem, quam in agendo retinet, est enim eadem ars maximè certa, circinus enim ille, cui affixa sunt ea, quæ torno elaborantur, est veluti norma eorum, quæ efficiuntur, iuxta illud Esaiæ 44. *In circino tornabit illud*. Cum è contrario ea, quæ sunt scalpello, sepius sunt ad regulam reuocanda. Est ergo Deus in operando rectissimus, & quasi torno sua opera elaborat, iuxta illud Genes. 1. *Vidit Dominus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*: aureæ verò dicuntur, quia in diuinis operibus Dei munificentia munificè resplendet, qua opum suarum thesauros liberaliter omnibus distribuit.

III. Eandem igitur ob causam stellas hic in manu habet, quas omnibus offert gladium

dium autem, id est punitioem in ore, quia ferè comminationibus mortales per-
 terrefacit, ac non ita frequenter gladium ad manum transfert, id quod non ob-
 cure significatur Psalm. 7. cum dicitur. *Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit,*
arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardens,
bus efficit. Vbi omnia vides esse preparationes ad praelium, rétiq; omnem in per-
 liendo & probando gladio, & in sagittis veneno imbuendis versari, nòmine
 ense percuti, in pennam sagittam iaci, quæ est elegans obseruatio D. Basil.
 comment. eius Psalm. *Comminatorius,* inquit, *sermo est, non statim minatur vulnera,*
phagas, mortis, sed armorum vibrationem, veluti preparationem quandam ad ultionem in-
tentat, quemadmodum ergo qui arma abstergunt, ac poliunt, pugna mox incunda acrem af-
fectum, & alacritatem significant, sic & sermo hic Deimorum ad ultionem ostendere volens,
gladium illum vibrare dixit.

*Comminatio-
 nibus mortis,
 lespiterra
 facit Deus.
 Psalm. 7. 13.*

Basil.

Tertia ratio, habet in ore gladium, ob eam causam, quam supra ex Ruperto at-
 tulimus: quia verbum Dei sententiam ferentis in die iudicij instar gladij feriet,
 percutietque impios. Maiori enim, haud dubiè acerbiorique doloris scntu affi-
 cientur damnati, cum audient. *Ite maledicti in ignem æternum, quam si acutissimo*
gladio medijsecarentur: vnde merito Bern. tract. de diligendo Deo, & serm. 3. in
Psalm. 90. illam Christi in damnatos sententiam, verbum asperum appellari exi-
stimauit eodem Psalmo, cum dicitur, Ipsi liberauit me de laqueo venantium, & à ver-
bo aspero. Quarta & postrema, Ad significandam Christi Diuinitatem, quippe qui
 potestatem, quæ per gladium significatur, vel in ipso ore, id est verbis habeat, ea
 enim est Dei potestas, vt solo verbo omnia possit efficere iuxta illud Psalm. 34.
Ipse dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt, Quem locum expendens D. Ambr.
lib. 1. Hexam. c. 9. super illud. Fiat lux, & facta est lux. Non ideo, inquit, dixit vt seque-
retur operatio, sed dicto absculuit negotium, vnde pulchre Davidicum illud, Dixit, & facta sunt,
quia dictum implet effectum. Idem significauit Paulus ad Hebr. 1. cum dixit: *Portas om-*
nia verbo virtutis sue. Itaq; dicere Dei facere est: vnde eo ipso quod benedixit ali-
 cui, ei benefacit, imò eius benedictio nihil aliud est, quàm beneficietia, quemad-
 modum est perspicuè ex Gen. 1. cum dicitur: *Benedixit eis, id est piscibus, & anibus,*
dicens, Crescite, & multiplicamini: & homini etiam benedixit dicens. Crescite, &
multiplicamini: quibus locis benedixisse, nihil aliud fuit, quàm generandi poten-
tiam contulisse.

III.

*Sententia re-
 proborum ac-
 erbissima.*

*Psalm. 32. 9.
 D. Ambr.*

*Dicere Dei,
 facere est.
 Hebr. 1. 3.*

*Genes. 1. 5.
 & 28.*

Cur facies eius similis dicatur Soli, cum lucet in virtute sua.

Cur facies eius, sicut Sol lucet in virtute sua.

SECTIO XVI.

GRÆCÈ est, *ὡς ἡ ἡλιος φάει ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ,* quamquã
 verò ἡλιος non solum faciem, sed etiam oculum & aspectum significet, hic
 tamen pro facie ponitur, cum iam de oculis dictum sit: illud autem *in virtute,* seu
 vt est Græcè *ἐν τῇ δυνάμει,* hoc est, in potentia, & fortitudine, solem significat eū
 maximè lucet, hoc est, cum nobis in meridie fulgentissimus apparet: itaque
 facies Christi dicitur similis soli, cum lucet in virtute sua, hoc est splendi-
 dissima, & instar lucidissimi solis irradians, in quam nemo possit fixo obtu-
 tu oculorum aciem intendere, quip eximio eius splendore præstringatur. Sed
 iam quid *facies* hoc loco significet, explicandum. Primum igitur Richardus.

I.

*Facies Christi
 sicut sol lucet.*

G ij



de S. Victore ad Diuinitatem Christi refert: ratione enim Diuinitatis facies Christi pulcherrima est, vt merito maxime, quæ reperiri potest, claritati comparetur, id est claritati Solis cum lucet in virtute sua, id est, cum circa meridiem illustri calo fulgentissimè apparet. Secundò, Primasius splendorem hunc, manifestam Christi in carne presentiam interpretatur, quæ Soli propter ortum, & occalum, & repetitum ortum confertur, quod videlicet Christus natus sit, & obierit, & rursus resurrexit. Tertio, Secundum Bedam, quia in die iudicij fulgentissimus apparebit Christus Dominus, cuiusque facies Solis ipsius splendorem longè superabit.

Bedæ.

III.

Matt. 13. 43.
Claritas corporum gloriosorum.
Iudicij 5. 31.
Esaï 30. 26.
Glossa.

Claritas Solis & Lunæ in fine mundi.

D. Hieron.
D. Thom.
Michael de palatio.

Splendor facies Christi in iudicio, quantum.

Pro cuius rei maiori intelligentia sciendum est maximam futuram esse claritatem gloriosorum corporum, iuxta illud Matth. 13. *Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum.* Et Iudicij 5. *Qui diligunt se, sicut sol in ortu suo splendet, ita ruri- lant.* Solem autem tunc multò fulgentiorem futurum, quàm nunc est perspicuum videtur ex Esaï. 30. *Erit lux luna sicut lux solis, & lux solis erit septemplex, sicut lux septem dierum in die qua alligauerit Dominus vulnus populi sui.* Ex quo loco euinci videtur, Solem & lunam, ac reliqua astra incrementum lucis acceptura. Glossa in locum citatum Esa. ait: *Solem & lunam propter peccatum primi hominis multum de suo lumine amisisse, in fine autem mundi eandem lucem illis esse restituendam: ac quæ ad illud, septemplex, cum sensum efficit, vt restituenda sit Soli lux ea, quæ septem illis diebus ante hominis lapsum fulgebat.* Verum non puto probabile Deum Soli ac lunæ propter peccatum hominis aliquid luminis ademisisse, quia non legimus Solem, & lunam fuisse maledicta. Quare existimamus locum Esaïæ ad litteram, vt verba sonant esse accipiendum, quod nimirum tunc luna tantum sit splendorem habitura, quanto nunc fulget Sol, Sol autem septuplo luminis excessu lucem lunæ superaturus: quia in re nobiscum sentit D. Hier. in hunc locum Esaïæ, & D. Thom. quem immeritò Michael de Palatio non de sua, sed aliorum sententia loqui arbitratur, vt suam posset liberius astruere: Solem videlicet & lunam fulgentiora futura non ob aliquam luminis accessionem, sed quia deficientibus vaporibus & nubibus splendidius rutilabunt. Ex his iam intelliges quantam claritatem corpus Christi habiturum sit, cum fulgentius longè sit, quàm futura sint reliqua gloriosa corpora, quæ tamen Solis initar fulgebunt, vt paulò ante diximus, atque ad eò quanto splendore eius facies in iudicio coruscabit, vt rectè à Ioanne Soli comparetur, cum lucet in virtute sua.

III.

Exod. 34. 30.

Psal. 13. 5.
Arnobius.
Psal. 135. 7.
Lex noua, & vetus luminare maius, & luminare minus.

Luna comparatur Ecclesia.

IV.

Quartò, dicitur Christi facies Soli similis ad Moysen, hoc est, legis veteris dif-
cimen: habuit enim Moyses cornutam instar bicornis lunæ faciem, quemad-
modum refertur Exod. 34. quæ ratio est Ioachimi Abbatis. *Non sicut quondam, in-
quit, Moyses habere similitudinem lunæ Christi facies visa est, sed potius similitudinem lumi-
naris maioris, vt ille esse demonstraretur, de quo dixit Regius vates Psalm. 18. In sole po-
sui tabernaculum suum.* Concine huic expositioni Arnobius, qui de lege veteri,
& noua, illud Psalm. 135. interpretatur: *Fecit duo luminaria magna, luminare ma-
ius, & luminare minus, Solem in potestatem diei, lunam, & stellas in potestatem noctis. Fe-
cit, inquit, luminaria duo magna, vnum in die noui testamenti, quod sicut sol rutilat in lu-
mine agentibus: aliud in nocte Iudaica conuersantibus. In nouo enim aperte, quod legitur, sicut
in die, in ipsa littera perlustratur à Christo, qui est sol verus iustitiæ. In veteri autem sub littera
regimine quasi in nocte positus, à Luna, id est, ab Ecclesia manifestatur: ipsa enim Luna est, quæ cres-
cit in sanctis, decrescit in peccatoribus: lucet in tenebris ignorantia positus, habet & stellas in gra-
tibus suis, aliter enim lucet in Episcopo, aliter in Presbytero, aliter in Diacono.*

Quintò, Lucet facies Christi sicut Sol comparatione Ecclesiæ, quæ luna est, & quæ

qua à Christo tanquam à Sole lumen mutuatur. Pro cuius rei maiori expositione sciendum est Ecclesiam comparari lunæ, quemadmodum docuit Arnobius pauldante citatus, & D. August. epist. 119. ad Ianuarium c. 5. super illud Ecclesiast. 27. *sapiens sicut sol permanet: stultus autem sicut Luna muratur.* Sed multo diligentius idem docet in Psalm. 10. super illa verba: *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in phaneta: ut sagittent in obscuro* (seu ut habent Septuaginta *ἐν σκοτεινῶν*, id est in obscura Luna) *rectos corde.* Vbi docet Augustinus Ecclesiam appellari Lunam, quia ex parte spirituali lucet, ex parte autem carnali obscura est (sicut Lunæ globus semper partim lucet, partim autem est obscurus) & aliquando spiritualis pars in bonis operibus apparet hominibus: aliquando verò in conscientia latet, & Deo tantummodo nota est, sicut contingit, cum oramus in corde, & quasi nihil agere videmur, dum non ad terram, sed fursum cor habere iudicemur ad Dominum. Igitur non vno modo, inquit Augustinus, *obscura Luna dici potest, nam & cum sinitur in sensibus eius, & cum eius fulgor nubilo interpolatur & cum plena deficit, dici potest obscura Luna:* quare potest de persecutionibus martyrum intelligi, quod sagittare voluerint in obscura Luna *rectos corde:* siue adhuc in Ecclesiæ nouitate, quia nondam terris maior effullerat, & Gentilium superstitionum tenebras vicerat, siue linguis blasphemorum, & nomen Christianorum male difamantium quasi nebulis obtegeretur, videt perspicua Luna non poterat: siue ipsorum Martyrum cædibus, & tanta effusione sanguinis tanquam illo defectu & obscuracione, qua cruentam faciem Luna videtur ostendere à nomine Christiano deterrebantur infirmi. Illud etiam Abacuch 3. quod iuxta Septuaginta habet. *Elenatus est sol, & Luna stetit in ordine suo.* Sic de Ascensione Domini interpretatur Augustinus libro 18. de Ciuitate cap. 32. *Ascendit Christus in calum, & inordinata est Ecclesia sub rege suo.* Eandem Lunæ similitudinem persequitur D. Gregor. D. Greg. libro 17. Moralium cap. 10. vbi locum Abacuch. citatum, eodem modo cum Augustino intelligit super illa verba Iob. 25. *Eccc Luna non splendet, & stella non sunt mundam in conspectu eius: Quia, inquit, nec sancta Ecclesia virtute propria tot mirabilis emicat, nisi hanc præuenientis gratiæ dona perfundant, nec singulorum bene viuentium mentes à peccatorum maculis munda sunt, si remota pietate iudicentur.* Ad Ecclesiam etiam refert illud Psalm. 8. *Quoniam videbo celos tuos opera digitorum tuorum, Lunam & stellas, quæ tu fundasti.* Homilia 13. super Ezechielem. *Solem, inquit, nominare voluit, quia videlicet ipsi aeterno soli loquebatur, de quo scriptum est, Malachiæ 4. Vobis autem qui timetis Dominum, orietur sol iustitiæ, de quo reprobi in fine dicturi sunt: sol iustitiæ non ortus est nobis.* Sapientiæ 5. Hic enim Sol non solum Solem, Lunam, & stellas corporaliter, sed etiam Lunam, Ecclesiam, & stellas, homine sanctos spiritualiter fecit Denique D. Hieronym. in cap. 66. Esaiæ affert pro Ecclesia illud Cantorum 6. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora, pulchra ut Luna, electa ut Sol?* Additque Lunam Ecclesiam appellari, quia pace, & persecutionibus crescit, atque decrescit, & oppressa tentationum tenebris, rursus pristinum lumen assumit, habetque splendorem à Sole iustitiæ. Cum igitur Ecclesia Luna sit rectè Christus Soli comparatur, qui eam illuminat, implet, perficit, & pulchram speciosamque reddit.

Sexto. Faciem Christi, eius iracundiam, & indignationem possumus accipere iuxta illud Genes. 4. *Egressus est Cain à facie Domini.* Cum enim Christus hæc visione se Ecclesiæ gubernatorem demonstrat, par erat, ut ad bonos commendandos, ne incidentium calamitatum, quæ hoc opere prædicantur, magnitudine animo concenterent, arbitantes non posse se tantam Dei iram & indignationem subinere faciem suam, hoc est, iram suam instar Solis pulchram & amabilem, atque

Ecclesia lumen mutuatur à Christo.
Arnobius.
D. August. Ecclesiastic. 17. 12.
Psalm. 10. 2.
Septuagint. Ecclesia partim lucida, partim obscura ex August.
Abacuch. 3. August.
Iob. 25. 5.
Psalm. 8. 4.
Malachi. 4. 2.
Sapient. 5. 6.
D. Hieron. Cant. 6. 9.
Et persecutionibus, & pace crescit Ecclesia.
Gen. 4. 6.

*Ira sine amoris plenissimam esse declararet. Hæc igitur eius facies est sicut sol lucens in virtute sua, quia etiam ipsa Dei ira, & indignatio, amore splendet, quippe qui irasci non nouit, quin vel in ipsa indignatione argumenta amoris exhibeat, quem admodum testatur Abacuch cap. 3. dicens. Cum iratus fueris misericordia recordaberis. Et Psal. 76. Regius vates: Nunquid obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? In quem locum Theodoretus obseruat verbum illud, Continebit, hoc sensu. Non claudet misericordias fontes, quodam veluti, ariete ira: vsque adeo autem suam iram Deus misericordia temperat, vt in vnum infert supplicium, duplicem conferat misericordiam: quem admodum eleganter expendit D. Ambrosius oratione de obitu Theodosis, in locum illum Psal. 114. Misericors Dominus & iustus, & Deus noster miseretur. *Bu*, inquit, misericordiam posuit, semel iustitiam, in medio iustitia est gemino septe inclusit misericordia, super abundantiam enim peccata, superabundet ergo misericordia, apud Dominum omnium virtutum abundantia est. Postremo, facies iudicium significat Diuinum, iuxta illud Hester 1. *E*st iudicium editum a facie tua, id est, a iudicio tuo. Est ergo facies eius sicut Sol, quia Christus nunquam sine amore iudicat: cum enim nostra merita remunerat ultra condignum premia largitur: quem admodum significauit Apostolus ad Romanos. 8. cum dixit: *N*on sunt condigna passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: & è contrario, cum in crimina nostra avertit, citra condignum punit, iuxta illud Psal. 102. *N*on secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.*

Cur Ioannes cecidit ad pedes eius, tanquam mortuus.

Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius, tanquam mortuus.

SECTIO XVII.

1. **N**ON sustinuit Ioannes tantam eius, qui sibi apparuit, maiestatem, sed ita perterritus est, atque cohorrui, vt ad eius pedes penè exanimatus ceciderit: idem accidit Ezecheli, cum admirabilem illam quatuor quadriformium animalium visionem conspexit, vt ipsemet testatur cap. 2. *H*æc, inquit, visio similitudinis gloriæ domini, & cecidi in faciem meam: quod etiam Danieli contigit, cum ei vir ille vestitus lineis, ferè que huic, quem Ioannes vidit, similis apparuit, vt habes apud eundem Daniele cap. 10. *E*go, inquit, relictus solus vidi visionem grandem hanc, & non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quicquam virium, & auiliui vocem sermonum eius, & audiens iacebam consternatus super faciem meam, & vultus meus hærebatur terre: quam in Daniele, aliisque Prophetis mentis consternatione D. Chrysof. homil. 3. de incomprehensibili Dei natura, hac similitudine declarat. *Q*uem admodum, inquit, ubi auriga perterritus habenas amisit, & qui precipites feruntur, & currus distractus labefactatur, sic profusus euenire animo solitum est, quoties magno stupore occupatur: quippe qui pauidus suo deest officio, ac veluti quosdam habenas suas diuine maiestatis amittit, membræque ereptis sensibus deserit, quæ protinus frigent & corripiunt. *N*imirum diuinæ maiestatis splendorem & magnitudinem mortalium corda non sustinent: quod mirum videri non debet, cum vel ipsi seraphici spiritus in diuinæ maiestatis præsentia, præ quodam veluti stupore, in contemplatione, admirationeque

que tam eximia magnitudinis defixi facies suas pennis legantur obtegere. *Esaia 6. quemadmodum ex 70. interpretibus intellexit D. Chrysoftomus loco citato, & homilia secunda de verbis Esaia, licet enim editio vitigata, quae verior est, & omnino sequenda, ipsius Dei in throno confidentis faciem ac pedes à Seraphim velari doceat, cum ita habet: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & circa quae sub ipso erant replebant templum: Seraphim stabant super eum, sex alas, vni, & sex alas alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius:* tamen D. Chrysoftomus, quod à Septuaginta absolute dicitur *ὅτι τὰς ὄψεις αὐτοῦ κατεχέλυον τὸ πνεῦμα τῶν ἁγίων* id est, *duos κατεχέλυον τὸ πνεῦμα τῶν ἁγίων*, id est, & duabus velabant faciem, & duabus velabant pedes, ad facies, pedesque Seraphim retulit: Tum verò homilia 2. de verbis Esaia ait, *Seraphim auerunt facies, alasque vice murorum obyciunt, non ferentes radios illius proficiscentes. Et homilia 3. de incomprehensibili Dei natura: *Dic quæso, inquit, quam obrè alas prætendunt, & suas operiunt facies: quid aliud dixeris causæ, quam splendorem è solio illo proeulsantem, & fulgur proficiens ferre non posse. Germana igitur & literalis ratio, cur Ioannes penè exanimatus, & instar mortui corruit, ea est, quoniam eximium viri illius splendore, maiestatemque ferre non potuit. Reliquæ omnes rationes, quæ à Doctoribus hunc in locum afferuntur, ferè mysticæ censendæ sunt: veluti cum Richardus de S. Victore id humilitati Ioannis ascribit, qui videlicet in præsentia diuina magnitudinis, suam magis exiguitatem, vilitatemque intellexit. *Mens humana, inquit, quanto perfectius inuisibilia bona cognoscit, tanto amplius ipsa sibi visærit, & quanto sublimius creatoris potentiam contemplantur, tanto magis apud semetipsum humiliatur.****

D. Chrysoft.

Facies suas cur velarent Seraphim.

II. Humiliter contemplantur.

Beda. Ioachimus.

Eodem modo non solum seditionem in dignitate, quod plus de diuina pulchritudine cognoscimus.

Iob 42. 5.

D. Greg.

Cant. 6.

Nec verò corrui omnino mortuus, sed tanquam mortuus, quia ex discretione mens humana in contemplatione conditoris, ita se gerere debet, vt dum admiranda conspicit, se quidem de imperfectione sua per timorem humiliet, non per desperationem præcipitet, & sic humiliationis reuerentiam exhibeat, vt confidentiam de salute non amittat. Eandem rationem tradit etiam Beda, Ioachimus, & alij, eam verò Ioachimus sic breuiter proponit, *Qui priusquam in a conspiceret, stare se in iustitia culmine, quasi Christi discipulus, & dilectus præ cæteris, præsumebat, ubi diuina claritatis luce perfusus est, quicquid sibi de ipso complacuerat, deiecit, vnde quasi mortuus ad pedes Domini cecidisse dicitur, quia nunquam melius tenebras suas mens humana diuidat, quam cum diuina sapientia lucem, & summa iustitia veritatem agnoscat. In circo beatus Iob, qui contra iudicem Deum tam multa ex persona tentatorum obiecerat, audita voce Domini obmutescit, & ait, *Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te, idcirco ipse me reprehendo, & ago penitentiam in fauilla, & cinere, Iob. 42. id est multa de tua magnitudine & gloria, fama, & auditione perceperam, sed nunc cum te præsentem video, multo magis sum commotus, & ad conspectum tuum omnia peccata mea etiam leuissima tanquam atomos ad radios solis intueor, meque foedissimum esse intelligo. Sic enim hunc locum interpretatur D. Gregorius lib. 33. Moralium c. 2. *Quandò, inquit, quisque se minus videt, tanto sibi minus displicet, & quanto maioris gratiæ lumen percipit, tanto amplius reprehensibilis esse cognoscit. In fauilla autem & cinere, penitentiam agere est contemplata summa essentia, nihil aliud quàm fauillam se, cineremque esse cognoscere. Hoc etiã sensu explicari potest illud Canticorum 6. *Nolite me considerare, quod factum quia decoloraui me soli id est, cum me soli obijcio, hoc est, cū diuina pulchritudini me comparo, fusca omnino, expertusque omnis pulchritudinis & coloris mihi videor: nunquam Petrus Apostolus se ita peccatorem agnouit, quàm cum ad illum Christus accessit. Vnde de sua foeditate erubescens dixit, *Exi à me, quia*****



UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

- Luca 5.8. homo peccator sum Domine. Luca 5. Eadem de causa existimari potest Seraphim illa, de quibus loquitur Esaias c. 6. ante thronum Dei suas facies, ac pedes velasse, iuxta commemoratam D. Chrysostomi expositionem, erubescencia nimirum de sua feiditate, collata cum diuina pulchritudine. Idem quoque in locum ex Ezechiele citatum expedit D. Gregorius, *Mox, inquit, ut gloria Domini similitudinem aut, in faciem suam cecidit, quia cum aliquid de Deo constitimus, in faciem nostram cadimus, quoniam, ex malis erubescimus, qua nos remiscimus perpetrasse, ibi enim cadit homo, ubi confunditur.*
- III. Ad mysterium quoque pertinet, quod ait Ambrosius Ansbertus, Ioannem totius Ecclesie nomine ad pedes Christi cadere, id est, vestigijs Christi insistere, eiusque exempla imitari, *Ioannes, inquit, hoc loco generale membrorum formatum assumit, quid autem hoc loco sunt pedes Angeli, nisi indicia passionis eius, signa itineris, imitationis exempla, iuxta illud. 1. Petri 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius: Ioannem ergo ad pedes Angeli cadere tanquam mortuum, est Ecclesiam mundo, & vitijs mortuam? Christi vestigia imitari. Recte autem dicitur, tanquam mortuus, non mortuus, quia etli electi, vt Redemptoris sui passiones possint imitari, mundo, & vitijs moriuntur, Deo tamē spiritualiter viuere comprobantur. Vnde Paulus ad Galatas 2. *Viuo, inquit, ego iam non ego, viuus vero in me Christus.* Et ad Romanos 12. *Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem.* Et ad Colossenses 3. *Mo tui istis, & vita vestra, abscondita est cum Christo in Deo.* Congruithac expositio illi acceptioni pedum, cum pro operibus sumuntur iuxta illud Iob 13. *Obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti.* Vestigia, inquit in loco D. Gregorius, *Deus pedum considerat, quia intentiones nostrorum operum quam recte ponantur examinat, ne ad hoc quod bonum agitur, non recto desiderio aiatur. Pes in corpore est, vestigium in via, & plerumque dum qua lam praua agimus, in uertibus hinc fratribus exemplum malum prebent, & quasi inflexo extra viam pede sequentibus vestigia distorta relinquimus.* Eundem sensum habet locus ille Threnorum 1. *Sordes eius in pedibus eius, id est, in operibus, & affectibus, Quod igitur attinet ad virtutum exempla, qua Christus nobis precipue in passione prebuit, non potuerunt ea elegantius describi, quam describantur ab sponfa, Cant. 5. illis verbis. Crura illius columna marmorea, qua fundata sunt super bases aureas, ubi per bases aureas pedes aurei intelliguntur, qui sunt crurum veluti bases, verē enim aurea fuerūt omnia Christi opera id est insigni charitate fulgentia. Quare recte Ioannes ad huiusmodi pedes cecidit, quia ad horum pedum imitationē aspirare quisque debet, quā quidem ignorare nullo modo potest, quoniā ea sanguinea, seu sanguine impressa reperiet: vnde ferculi illius Salomonis ascensus purpureus describitur, Cantorum 3. *Ferculum fecit sibi rex Salomon delignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum.* Quo loco per ascensum purpureum passio Christi intelligitur, quia nimirum omnia opera, per qua Christus ad gloriam sui corporis, & nominis celebritatem tanquam ad ferculum ascendit, pedum suorum sanguine purpurauit.**

Exponitur illa sententia: *Habeo clauis mortis, & inferni, & primum nonnullę expositiones commemorantur.*

SECTIO XVIII.

I. IOANNEM visionis maiestate perterritum Christus posita super eum dextera animauit, in eoque vniuersos fideles ad spem Diuinę protectionis

tionis per dexteram significata, in medio omnium Ecclesie persecutionum, ^{Protellio} quæ toto hoc opere continentur, erexit. Id quod præstitit commemorata sua ^{Divina signi-} potentia magnitudine, subiungens; *Noli timere, ego sum primus & novissimus, & ficatur per* ^{dexteram,} *et sui mortuus, & ecce sum vivens in secula seculorum: & habeo claves mortis, & inferni.* Ex quibus sola postrema sententia expositionem desiderat, reliqua enim ex ijs, quæ in superioribus diximus, sunt perspicua.

Primo igitur Rupertus sic interpretatur. *Potestatem habeo dimittendi peccata, pec-* ^{Rupertus.} *cata vero dimittendo, mortem in me credentibus claudo, infernum obstruo, siue mortis & in-* ^{ferni, id est duplicis mortis, videlicet animæ & corporis. Mortis namque nomine dissolutio cor-} *ferni, id est duplicis mortis, videlicet animæ & corporis. Mortis namque nomine dissolutio cor-* ^{poris, inferni autem, mors animæ quæ æterna est, significatur: cuius utriusque mortis claves id} *est potestatem ipse habet iuxta illud. 1. Regum 2. Dominus mortificat, & vivificat, deducit* ^{ad inferos, & reducit. Secundò Richard. de S. Vict. Ipse, inquit, claves mortis & in-} *ad inferos, & reducit. Secundò Richard. de S. Vict. Ipse, inquit, claves mortis & in-* ^{ferni habet, qui per potestatem suam portas mortis, & inferni in fine aperiet; ibique Diabo-} *lum, & sectatores eius sine cruciando includet. Talem ergo differen- iam inter mortem, &* ^{infernum possumus accipere, ut per mortem intelligamus tormentum reprobis præparatum, per} *infernum autem, locum tormento destinatum. Tertio Ioachimus, per claves mortis, &* ^{inferni intelligit iura antiqui hostis, quæ habuit in genus humanum, iam inde à} *mundi principio reddens per seductionem Adæ hominem morti obnoxium, &* ^{inferni supplicij, quæ iura Christus illi per passionem eripuit.} *inferni supplicij, quæ iura Christus illi per passionem eripuit.*

Quarto Primasius, & Ambrosius Ansbertus nomine *mors* Diabolum intel- ^{II.} *ligunt; nomine autem inferni eos, qui Diabolo adherent iuxta illud Apoca-* ^{Primasius,} *lypsis 6. Ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum nomen illi Mors, & infernus se-* ^{Amb. Ansb.} *quebatur eum. Et capite 20. Mors & infernus missi sunt in stagnum ignis ardentis.* ^{Apoc 6. 8.} *Deinde claves potestatem Diuini iudicij interpretantur. Istitis enim clauibus ad* ^{Cap 20. 14.} *probendam, atque exercendam Ecclesiam, occulta omnipotentis Dei ordina-* ^{Clavis, pro} *tionem referatur antiquus aduersarius cum suis in persecutione, & iisdem recludi-* ^{potestate.} *tur, cum satis fuisse respexerit ille, qui aperit. Etenim his clauibus laxatus fuerat,* ^{ad Cor. 10.} *cum Petrum seruili timore negare compulsi Redemptorem, & rursum reclusus* ^{11.} *est cum negatione amarissimè flentem quodammodo de faucibus amisit: his* ^{Pannonius,} *clauibus quotidie referatur, cum electos tentationibus fatigare permittitur, eis-* ^{Mors Christi} *demque restringitur, cum non super modum, sed ad mensuram ipsas tentatio-* ^{non potuit.} *nes exaggerare solentur, iuxta illud 1. ad Corinthios 10. Fidelis Deus, qui non pa-* ^{tietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, ut possi-} *tis sustinere. Quintò Pannonius ait Christum habere potestatem supra mor-* ^{tem, quia mors eum detinere non potuit: Supra infernum autem, quia destra-} *is claustris eius, ac repagulis captiuos inde traxit: cum addit habere etiam* ^{claves mortis, & inferni, quia potestatem habet nostræ mortis, & nostræ relur-} *rektionis.*

Explicatur magis quid sit Christum habere claves mortis, & inferni.

SECTIO XIX.

Verum pro maiori huius rei expositione supponimus *claves* hoc loco de ^{I.} *omnium interpretamententia, significare potestatem. Deinde dicimus* ^{Mors pro} *mortem sumi, primo pro dissolutione animæ & corporis, ut est perspicuum.* ^{dissolutione} *Deinde pro peccato, quemadmodum docet Philo libro, de profugis, expendens* ^{animæ &} *Philo.* ^{corporis.}

excitentur. Vnde statim subiicit: *Sed nos, qui viuimus, benedicimus Domino.* Huc etiam spectat illud Iob 21. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt:* vbi inter impiorum felicitates ea numeratur, quod cito moriantur, nec longa aegritudine discricenter, actabescant: putabant enim veteres pertinere ad felicitatem non longo morbo tabescere, sed statim mori, id quod etiam est perspicuum ex Thren. 4. vbi dicitur, maiorem fuisse pœnam iniquitatis Hierusalem subuersione Sodomorum, cuius rei statim redditur ratio illis verbis: *Quia subuersa est in momento.* Audi Prophetam. *Maiores effecta est iniquitas populi mei, (id est, pœna iniquitatis) peccato Sodomorum, qua subuersa est in momento:* quia videlicet Hierusalem multo tempore passa est obsidionem, captiuitatemque. Idem confirmari potest ex Psalm. 72. vbi de reprobis dicitur. *Non est respectus morti eorum & firmamentum in plagis eorum,* seu vt transtulit Sanctus Pagninus ex Hebræo: *Quia non sunt ligamenta in morte eorum, & sana est fortitudo eorum,* id est, non longa infirmitate detinentur, sed moriuntur quasi sani, & potentes viribus: quod autem hoc felicitatis loco numeretur, exploratum est ex ijs, quæ sequuntur: *in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.* Secundò sumitur pro limbo Patrum, Psalm. 15. *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Quam locum de Christo interpretatus est D. Petrus Act. 2. vbi ad limbum Patrum secundum animam descendit. Et Gen. 42. *Deduceris canos meos cum dolore ad inferos.* Hoc etiam sensu D. Gregorius li. 12. Moralium cap. 7 intelligit illud Iob 14. *Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me?* Tertiò sumitur pro loco damnatorum. Esai. 4. *Verumtamen ad infernum detraheris in profundum lacus.* Et Cantic. 8. *Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus amulatio:* amulatio, id est, zelotypia, quæ rivalem in rei amata possessione non sustinet, similis est inferno. Sicut enim ignis ille tartareus, quem semel corripit, perpetuo torquet, ita zelotypiæ furor, vbi alicuius animum occupauerit, nunquam extinguitur, aut remittitur: sic ferè Glossa hunc locum intelligit: *Dura, inquit, sicut infernus amulatio: quia Dei amor nullis hostium tentamentis, à nostra salutis cura reuocari potuit, sicut infernus nullis miserationum cruciatibus mitigatur: nec à seueritate sue sententiæ mutatur: quanto austerior comparatio, eo acrior zelantis eos Domini commendatur affectus.* Quartò, & vltimò, usurpatur pro ipso Dæmone, vt auctor est Beda in Commentarijs super Proverbia, vbi docet illo sensu intelligi à plerisque illud capituli trigesimali: *Tria sunt insatiabilia, & quartum nunquam dicit, sufficit, Infernus, Os vuluæ, terra quæ nunquam satiatur aqua, ignis verò nunquam dicit sufficit.* Quidam, inquit, infernum interpretantur Diabolum, qui insatiabilis sit de seductione humana. Illud etiam Iob 26. *Nudus est infernus coram illo, & nullum est operimentum perditioni.* Diuus Gregorius de diabolo accipit lib. 17. Moralium cap. 12. *Inferni, inquit, & perditionis nomine Diabolum, omnesque damnationis eius socios designauit.* Igitur iuxta has omnes acceptiones dicitur Christus habere clauis inferni. Primò, quia potest vitam dare, & eripere. Secundò, quia antiquos Patres ex limbo educit. Tertiò, quia potest æternis supplicijs homines addicere. Postremò, quia potestatem dæmonis pro sua libertate laxat, & contrahit, quemadmodum supra docuimus.

Cito mori
genus.
Threnor.
4. 3.
Psalm. 15. 10.
Secunda, pro
limbo.
Act. 2.
Gen. 42. 38.
D. Gregor.
Iob 14. 13.
Tertia, pro
damnatorum
loco.
Esai. 4. 15.
Cant. 8. 4.
Quarta, pro
ipso Dæmo-
ne.
Beda.
Proverb. 30.
16.
Iob 26. 6.
D. Gregor.
Clauis in-
ferni cur
Christus di-
catur habe-
re.

IE CAS
IN
POCALYP
C
E